Dup =

BARTHOLOMAEI CAMERARII BENEVENTANI, DE GRATIA ET LIBERO arbitrio, cum Ioanne Caluino, Diſputatio.

Fecit Deus hominem rectum, & reliquit illum in manu conſilij ſui, éique poſt peccatum dixit, Sub te erit appetitus tuus.



PARISIIS,
Ex typographia Matthæi Dauîdis, via amygdalina, ad Veritatis inſigne.
1556.
EX PRIVILEGIO REGIS.

ILLVSTRISSIMO, REVERENDISSIMÓQVE DOMINO, DOMINO *Carolo à Guïsia, Cardinali Lotharingiæ, Bartholomæus Camerarius fœlicitatem.*

COGITANTI *mihi, cui potissimùm tutandum hoc opusculum dedicarem, tu, illustrissime Princeps, præ cæteris in mentem venisti: cui neque natura plus dare potuit, neque ars præstare. Sic enim vtraque te ornauit, vt eámne ob causam, quòd Regia stirpe sis ortus, an potiùs ob insignes virtutes, quæ in te elucent, tanti ab inuictissimo Henrico Rege nostro, fias, facilè iudicari non possit. Superest igitur, vt eam nobilitatis præstantissimam partem esse memineris, quæ obligatam se putat, dum sua sponte beneficia confert: deberíque proinde id mihi existimes, quod summa cum modestia nunc impetratum velim. At dices, quid? nempe, vt libellus hic, amplitudini tuæ oblatus, antequam typis tradatur, obeliscum patiatur tuum. Hoc enim vbi præstiteris, vnà efficies, vt alia, quæ condita habemus, protinus ad te mittantur: opusculum verò hoc vndique tutum habeatur. Vale.*

BARTHOLOMÆVS CAMERARIVS, BENEVENTANVS, *Ioanni Caluino salutem in Domino.*

CVM *de Libero arbitrio tecum Geneuæ obiter aliquando verba fecissem: integros etiam dialogos de iis, quæ in eos libros coniecisti, quos Institutionem Christianam, Antidotum, Interim, & aduersum Pighium, inscribis, cùm primùm licuisset, me missurum spopondi. verùm tot impedimenta sese obtulerunt, vt seriùs id executus fuerim, quàm sperabã. Accipe igitur illos, atque vbi opportunum videbitur, (si in te catholicus sensus inest) quæ desunt, adde, quæ redundant deme: modò tu quoque ea, quibus ego, vel alij, quorum personam induo, tuis sententiis summa cum charitate aduersati sumus, in bonam accipias partem, atque etiam æquo animo ferre ne recuses. Sic enim futurum spero, vt tu, qui Augustinianum te esse palàm profiteris: Augustinum ipsum, quem sequi & imitari omnino debes, sequaris quidem, verissimas eius sententias amplectendo: imiteris autem, si ea, quæ in iuuentute tua minus quàm decebat, digesta fuisse comperies, summissè retractaueris. Quæ vbi, Deo annuente, effeceris, quàm bene Gratia cum Libero arbitrio coniungatur, facilè cognosces. Vale.*

AD LECTORES.

Antiquæ Liberi arbitrij hæreses, ex parte, ea ratione hic enarrantur: vt huius nouæ opinionis fontem, à Protestantibus inuentæ, faciliùs lectores intueantur.

NE illotis(vt aiunt)manibus opus hoc aggrediamur.: scire tyrones debent, sic Liberum arbitrium, ac Dei gratiam quosdam Mathematicos oblitterasse: vt cuncta, siue bona, siue mala essent, soli fato perpetuò ascriberet. †Quod sanè fatum nobis vitio Pelagiani vertebant, cùm Catholici negabant, primam gratiam merito dari: dicentes, Fatum ergo erit, vbi meritum non est.†

Mathematicorũ hæresis.

† Li. 5. de Ci. Dei. c. 1. 2. li. 4. confes. c. 3. de bo. per. 19.

† Bon. per. cap. 2.

Post quos, ex Persię regionibus quidam Manes nomine, anno à Christo nato 270. ortus est, vita & moribus Barbarus: qui duodecim assumptis discipulis, multas hęreses prędicauit: à quo Manichęorum secta originem sumpsit. Quæ inter cætera, naturam hoc ipso accusabat, quòd natura ipsa per se mala, rationali animę cõmixta, necessitatem peccandi homini afferret. Duas nanque animas Manichæi cum Gnosticis & Barboritis†ponebãt. quarum vna à bono Deo creata, perpetuò bonum vellet: altera verò, à malo Deo Satana, immissa, malum omni tẽpore eligeret: Christi gratiam excludentes, quæ veterem hominem in nouum conuertere potest: quasi immutabiliter omnia creata essent.

Manichæorum hæresis.

† Augu. de hæ. hære. 7

Proindéque testamẽtum vetus, à quo illorum opinio condemnabatur, minimè improbare dubitabant. Nouum verò, adeò peruerso ordine interpretati sunt, vt Manichæorum potiùs sententia, quàm Christi eloquium dici posset: suo enim priuilegio, imò sacrilegio, quod vellent, sumebant, quod nollent, reiiciebant†. Quam hæresim progressu temporis damnare elaborantes, Ambr. Hier. Aug.† Chry. Basil. Greg. Niss. Orig. Atha. præ cæteris: omissis gratiæ laudibus, Liberum arbitrium in homine inesse multis argumentis ostenderunt.

†Bo.per.II. *†Con.du.epi.lib.2.& de hære.46*

Pelagianorũ hæresis.

Hæc verò intuens Pelagius Monachus, nempe quòd Liberi arbitrii persæpe meminissent, gratiæ verò laudis non item: vt magnificum sibi nomen aliquod illo sęculo quęreret, sic Liberum arbitrium in homine adesse, anno 400, confirmauit, vt gratiæ Dei postremum locum relinqueret: hominísque esse, proprio facto sibi gratiam comparare, palàm concionari cœperit. Addens præterea suæ opinioni hos celeberrimos Patres accedere, cùm parum animaduerteret, nihil hos sanctos viros, gratiæ detraxisse: sed eam ob causam, illam, quãdo cum Manichęis concertabant, aliquando prętermisisse, quia minimè, quid gratia ageret, in cõtrouersia tũc erat: magis autem, an Liberũ arbitrium in homine esset. Quocirca cùm Pelagius, in cõcilio Episcoporũ Palęstino, hanc ob causam cõgregato, palĩnodiã cecinisset†: Augustinus cùm illum ad vomitum rediisse intellexisset, multis libris hanc hæresim refellit†.

†Præl san. 2.de bo. perse. 12.
†De natu. & gra. & aduer. du. epi.

Et post hos, quidam monachi in monasterio quodam, cui Valentinus in Africa præerat, extiterunt: qui cùm è regione animaduertissent, quãtum gratiæ Dei aduersum Pelagianos hi Patres tribuerent: sic gratiam extollere cœperunt, vt Liberum arbitrium penitus tollerent. contra quos, librum de Gratia & Libero arbitrio Augustinus scripsit: hoc in summa docens, sic Liberum arbitrium ponendum, vt nihil gratiæ detrahatur: contrà verò, gratiæ Dei primum locum tribuentes, nihil Libero arbitrio adimamus. *Monachorum Valẽtin. hæresis.*

Neque alii defuere monachi, qui ad summum gratiam extollentes, minimè eos, qui legem seruare nequibãt, corrigẽdos esse putabãt, sed potiùs pro illis orãdum: quã hęresim idẽ Augustinus refutauit†. *Alia monachorum. hæresis.*

†Li. de cor. & gra.

Cúmque res in hoc statu essent, ante centum annos Ioannes Hus, Hieronymus Pragensis, & Vuiclefus, has hæreses omnes, rursum prædicare cœperunt: eorum tamen perfidia, igne in Constantiensi concilio condemnata fuit†. *Quid Ioannes Hus, Hierony. Pragensis, Vuiclefus, renouauerint.*

†Concil. Cõstantiẽ.

Postremò post multas aliorum â catholica Ecclesia discessiones, noui huius ætatis Protestantes extiterunt, qui cum Manichæis, necessariò cuncta nos agere contendunt. Itaque Dei gratiam cum Valentini monachis extollunt, vt Liberum arbitrium (maximè ad bonum) omni tempore hominibus adimãt: & tamen eam ob causam Augustiniani videri & haberi volunt, cùm eos passim ille in scriptis suis condemnet: ídque faciunt†, vt idiotas, Au- *Quid Protestantes egerint.*

†Vide in li. 1. ca. 2. in fi.

gustini authoritate illaqueare queant. Quocircà minimè vos, lectores, quòd perpetuò Augustini sententias legendas censeam, frontem contrahere velim: sic enim loqui cogor, vt rem hanc adeò falsam, nempe Augustinũ ab illis stare, deinceps etiam coram ipsis idiotis pudeat prædicare. Quem si fortè necessitate ducti, vt solent, denique abnegabunt: tunc sacræ scripturæ testimoniis, quæ cum Augustini doctrinis commiscui, rursum illos excludite. Et quò idiotæ quoque cachinnis eos irrideant, contrarias eorum confessiones, quas, vt res postulabant, persæpe in disputatis quæstionibus attuli, coram illis legite: non vt sileant, quod facere non possunt (quando contradicere, non autem disputare, pro scopo habent) magis autem vt contradicendo, etsi palleant semper, palleant tunc insigniter. Enarrauerim hæc, vt principiò aliqua ex parte (prout res postulat) antiquas hæreses has, variè de Libero arbitrio sentientes, in his conciliis, quibus Augustinus aliquando interfuit, condemnatas, ab ouo (vt aiunt) intelligatis: intelligendóque, non solùm faciliùs quò tendam in ipsa Dialogorum lectione, concipiatis: verùm etiam, longè antè conuictos esse hos Protestantes, quàm natos, perspicuè cernatis.

Præmissorũ vtilitas.

DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO, LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Totius operis argumentum.

CAMERARIVS. CALVINVS.

NON poſſum non vehementer mirari Caluine, quòd cùm te in colloquiis & diſputationibus ſemper mitem, ſuauiſſimǽque conſuetudinis, inuenerim : tamen in ſcriptis tuis, nouo quodam declamandi genere, in tantam bilem commotus fueris, vt conuitia, quibus libelli tui referti ſunt, magna ex parte ſcripturæ teſtimonia, quæ profers, ſuperent. CAL. Quis non excandeſcat, cùm tam arroganter de Libero arbitrio Scholaſtici garriant, tantulámque rem adeò ſuperbo titulo conentur inſignire? † Aut enim ſeruus peccati adhuc homo eſt, & fruſtrà de Libero arbitrio ſe iactat: aut à gratia liberatus bonum operatur, & in vanum ſe iactat, quaſi de opere proprio.† Quod nõ mirum, vt pro inueterata ſua conſuetudine, id perpetuò homini aſcribant, quod ſumma cum humilitate,

† *Cal. Inſti. pag.* 24.

† *Inſti. pa.* 24. *ibi. liberi ergo ex Aug. de ſpi & li.* 30.

ſoli Deo tribuere debent. † CAMERA. Poteras quidem argumentis agendo, conuitia temperare. CALVI. Quod temperamentum adhibere poteram contra hos, qui Dei gratiam deprimunt? CAMER. Sunt quidam (Auguſtinus inquit) qui adeò gratiam Dei defendunt, vt hominis Liberum arbitrium negent: aut cùm Liberum arbitrium ſtabilitur, gratiam negari exiſtiment. † Nos verò, illum agnoſcentes Dominum, qui verè in die baptiſmi nos liberauit, hunc in modum, Liberum arbitrium cum gratia coniungimus: nempe vt id, quod ſola gratia initiatur, ab vtroque perficiatur: vt mixtim, non ſigillatim: ſimul, non viciſſim, per ſingulos profectus operemur. Non partim Gratia, partim Liberum arbitrium: ſed totum & ſingula indiuiduo opere peragunt. Totum quidem hoc, & totum illa: ſed vt totum in illo, ſic totum ex illa. † CAL. Satius dixeris, totum ex illa, nil autem ex illo. CAME. Falſa hæc poſtrema tua opinio eſt, quemadmodũ in quęſtione, qua de cooperatione dicemus, patebit. † Iam tempus adeſt, Caluine, vt rei huiuſce veritas eluceſcat. Sed, audiſtíne vnquam, qua arte milites, priùs quàm arcem aliquam expugnent, futurã conflictationem faciliorem efficere conſueſcant? Principiò namque latera demoliri incipiunt, quæ ſclopis, bellicíſque id genus machinis obeſſe poſſent: deinde verò, tormentis ſic iter in muros aperiunt, vt iis ſolo æquatis, mox impetum commodiùs facere poſſint. CAL.

Nota.

† Interim. p. 79.

† De grat. & lib. arb. 1 de gra. Chriſ. 47.

† Bern. de libero ar. in fi post Ambr. de fuga ſæculi. c. 1. Auguſti. contra Simpli. li. 1. q. 2. de ſpirit. & li. ca. 33 de bon. perſe. c. 8. & 9 Chriſ. 10. 6 et in ſer. de inuentione crucis.

† infrà c. 6 & 10.

Quid commune isthuc cum Libero arbitrio habet? CAME. Quoniam totius operis propositum hoc est, vt ostendam in aduentu gratiæ, Liberum arbitrium liberius fieri, necesse est, vt illorum exemplo, quædam in primis statuamus: quæ ad manum habere non rarò contingat, ne iis impediti, conflictationis die, rem ipsam commodè nequeamus explicare. CAL. Cómodiùs vbi occurrerint, singula poterũt declarari. CAME. Hoc tu quæris, vt omnia confusè tradantur: Ego verò, vt res ipsa exponatur. CAL. Quæ methodus totius disputationis nostræ erit? CAME. Vt omnibus libris à te de Libero arbitrio excusis, quasi mecum vicissim loquaris, ego sigillatim respondeam, tres libros editurus sum. CAL. In primo, qua de re cõcertaturus es? CAM. Principio, doctrinam tuam planè sibi ipsi contrariam esse, commonstrabo.† Secundo verò loco, quid ipsum Liberum arbitriũ sit, ipsos quoque idiotas docebo:† ac multa deliria, tam idiotarum, quàm etiam mulierũ, ex mentibus euellam.† Tertio, quadruplicem hominis libertatem: in opere nimirum Naturali, Morali, Meritorio, & in futura vita obiter ostendam:† ita quidem vt in aduentu gratiæ, liberum arbitrium liberius dicatur.† Quarto de ipsa hominis volũtate: an suapte natura ex homine sit, qui liberam electionẽ habeat, dum gratia assistente bonum vult, fusissimè agam.† Quinto, tam illum, qui liber à iustitia,

Libri obiectum.

Primi libri methodus

† *Cap.* 2

† *Cap.* 3.

† *Ca.* 3. & 4

† *Cap.* 4.

† *Cap.* 7.

† *Cap.* 5.

peccato ſeruit: quàm illum, qui à peccato per filium liberatus, verè liber, iuſtitiæ ſeruit, æqualiter libero cum arbitrio, non ſolùm abſque coactione, (vt Theologorum verbis vtar) verumetiam abſque vlla neceſſitate, quæ liberũ arbitrium auferat, ſeruire. Sexto, Liberum arbitrium ad bonum ipſi homini, poſt Adami peccatum remanſiſſe: quod tametſi debiliſſimum ſit, à gratia roboretur. Septimo, vt homo gratiam, ne intret, cùm Deus illam ſuis inſpirationibus offert, repellere, indignumq́ue ſe illa reddere, queat: ita vt intrando, nequaquam homine nil agente intromittatur. Octauo, an poſt quam intrauerit, illam repellere fas ſit. Nono, Dei gratiam in homine operari, vt idem homo cum Deo cooperetur. CAL. Cur tantũ laboris ante liberi arbitrij diſputationẽ ſuſtinere duxiſti? CAME. Ne id nobis cõtingat, quod dolo Proteſtantes agere ſolent: nempe vt cùm vnam aliquam quæſtionem in manibus habent, externas quærant, & ad extremum omnes inexplicatæ ac indiſſolutæ maneãt. His enim explicatis & patefactis, omnia Proteſtantium argumenta & inuentiones, quibus gratiæ aduentu Liberum arbitrium obliterari contendunt, in fumum redigentur. CAL. Quid in ſecundo? CAME. Veſtra argumẽta ſoluam. CAL. In tertio? CAME. Catholicorum argumenta proponam, exceptionéſque veſtras, quantum licebit, augebo. Sed eiuſmodi reſponſa ſtatim ſubiungã, vt nullus deinde iuſtè loquendi vobis relinquatur lo-

Cap. 6. *Cap. 7.* *Cap 8.* *Cap. 9. & 10.*

2. lib. methodus. *3. libri methodus.*

cus: antiquámque illam Proteſtãtium Chimæram, quam tum ſcribendo, tum concionando mordicùs ſuſtinere elaboratis, vt gratia aſſiſtente, legem ſeruare nequeamus, è medio tollam. CAL. Quo in angulo reliquas Philoſophorum quæſtiones relinquis? CAME. In illo, in quo tu quoque eas reliquiſti. Multa quidem ſcitu digna Philoſophi, de bono naturali, cum libero arbitrio perficiẽdo, contẽplati fuere: multa præterea de bono morali. Sed quid ad nos hæc, quæ à ratione naturæ adæquata proficiſcuntur? quibus cognoſcere queamus, in noſtra eſſe poteſtate, per voluntarios actus, quantum ad naturalem, moralem, vel politicam iuſtitiam attinet, bonos fieri vel malos? Quid de vocabuli etymologia laborare, aut philoſophari iuuat? Hoc quęrimus, Caluine, hic ſcopus eſt noſter: vtrùm Liberum arbitrium, gratia aſſiſtente, ad bonum meritorium remiſſionis peccatorũ, vitæque æternæ, habeamus. CAL. Totus Sorbonicus eris? CAME. Vtinam cum Sorbona, quæ quidem mater veritatis eſt, Auguſtini graues ſentẽtias illas nunc tractare liceret, quæ ad excludendas Proteſtantium Chimæras neceſſariæ ſunt: cæteris aliorum poſthabitis curioſis conflictationibus, ex Philoſophorum principiis ductis: tanquam illis, quæ ad noſtrum inſtitutum parum conducere videntur. CAL. O quàm probè Sophiſtas omnes excludis! CAME. Sophiſtas omnes, cùm Theologi, tum Philoſophi, omni tempore odio habuerũt. ſed quos tu Sophiſtas vo-

Philoſophorũ quæſtiones ſecũdum naturã omittimus.

Authoris ſcopus.

Sorbonæ veriſſimæ laudes.

Sophiſtæ qui.

cas? CAL. Illos Sophiſtas hoc tẽpore eſſe aio, qui dialecticis ſyllogiſmis, atq; Philoſophorũ propoſitionib9, ſacras quęſtiones decidere conãtur. CAM. Vos potius erubeſcere deberetis, qui non ſyllogiſmis, ſed ſolœciſmis philoſophari vultis. CAL. Quid Philoſophia cum Theologia cõmune habet? CAM. Cùm ratiocinari nos Logica doceat, Phiſophia verò, veritatẽ ſecundũ naturã agnoſcere: minimè abſurdũ eſt, ſi in re theologica, tanquã ancillis, ſobriè illis vtamur. Sic enim Salomon ancillas euocari iuſſit, † & Paulus Philoſophos citauit.† CAL. Graues illorum ſententias, Paulũ citaſſe fateor: ſed num illos ego ſequar, qui poſt mille diſtinctiones, mille alias ſubdiſtinctiones, abſque vllo ſacræ ſcripturę teſtimonio, quadã ſub cõfuſione, ſupra tecta ambulãtes, addũt? putidas nęnias, quas in ſcholis deblaterare Sophiſtę ſolẽt, fruſtrà auſcultabo?† pręſertim cùm ſic Philoſophiã Logicámq; contorqueãt, vt omnia in ſola ratiocinatione, abſq; fructu conſiſtãt. CAM. Calumniari certè hoc eſt: cùm videamus hoc pręſertim tẽpore, ſummo cum ordine, magnáque cum grauitate, doctrina, & quiete, omnes Sorbonæ Patres diſputare. CAL. Quid de cęteris ſentis, ſiqui tales ſunt? CAM. Horũ ego vanas diſputationes neglectas volo: has pręterea inutiles ſubdiuiſiones, quæ in Chimærã plerũque abeunt (vbi aliquẽ Orthodoxũ ſaltẽ ſcriptorẽ nõ habeãt) circumputari opto. Siquidẽ Chriſtus, minimè, Scrutamini philoſophiã, ſed ſcrutamini ſcripturas, dixit: † & pręcauẽda eſſe ſophiſmata, quæ ex inani philo-

Quatenus philoſophia vti debeamus.

Cõtra illos nominales, qui verboſis diſputationibus ſaturati, non ſolùm patres, verũ etiam integram ſcripturam ſilentio prætereunt.

† *Prouer.* 9.
† *Ad Tit.* 1. *Acto.* 7. 1. *Corin.* 15.
† *Cal. inti. antido. p.* 169.
† *Ioan.* 5. *f*

ſophia proueniũt, ne variis doctrinis abduceremur
†Colo.2. b. Paulus quoque monuit, †veram Philoſophiam, vt ſectaremur, docens. CAL. Duplicem philoſophiam Paulus ponit: quarum vnã veram, alteram inanem vocemus? CAM. Eam veram eſſe ait, quæ clara ac firma argumenta continet: ita, vt neque fallaciis, Dei verbum adulteretur, † neque ſtrepitu quodam & inani verborũ ſonitu, nil intelligendo, homines ſubuertantur: † quin potiùs philoſophicis probationibus, demonſtrationibúſque, ſcripturę teſtimonia explicentur, quem in modum puram puro ſermone quæramus veritatem. CAL. Idipſum oro, vt philoſophorum argumẽtatione depoſita, ea Chriſtiana mecum ſimplicitate loquaris, qua piſcatores nos loqui docuerunt. Quid enim Ariſtoteli cum Paulo? Quid Platoni cum Petro? CAM. Hoc tibi (...)luine condono, vt quandocunque ſacræ ſcripturæ teſtimoniis conuictus non fueris, quæ id cõfirment, quod patres noſtri ratione plerũque probant, nunquam te ſuperatum exiſtimes. Inſuper & hoc pręſtabo, vt vbi de intellectu ſcripturarum dubitaueris: me viciſſe nolim, antequàm in ſingulis noſtris controuerſiis, tuis confeſſionibus tibiipſi contrariis, confundaris. CAL. Iniuriis me laceſſere iam incipis. CAM. Hoc abs te impetratũ omnino volo, vt cùm fabulas eſſe ea quæ attuleris, aut Chimęras, vel in fumũ reſolui, deliria, ſeu falſa, aut hęretica eſſe dixero, minimè iſthęc cõtumelioſa eſſe putes: ſed potiùs hunc in modum me loqui, vt ordo

†2. Cor. 4. a.

†2. Timo. 2. b.

Quot modis, proteſtantes ſuperare, author offert.

ipſe ſcribendi, propriam vim retineat: quod vel hoc argumento dignoſcere ſatis poteris, quando me quoque idipſum patienter audire animaduertes.

CAPVT SECVNDVM.

Caluini varietates, quas in Liberi arbitrij explanatione ſcripſit, ex parte hoc loco enarrantur.

CAMERARIVS. CALVINVS.

Proteſtantium verſutia. PALAM te dicere, & concionari diſcipuli tui referunt: Liberi arbitrij quæſtionem cõmodè intelligi non poſſe, niſi rei huiuſce veritatem hactenus incognitam, rurſum Spiritus reuelet. CAL. Inſpirationibus magis, quàm ſyllogiſmis, Liberum arbitriũ dignoſci poſſe cenſeo. CAM. Verſuta certè aſtutia hæc eſt, qua rectũ ſcripturarum ſenſum effugere nunc poſsis: perinde enim loqueris, ac ſi noſtro hoc, non autẽ aduentus Chriſti ſæculo, primitias Spiritus habuerimus. † *† Roma. 8.d.* CAL. Quãdo, & vbi vult Spiritus, ſpirat. † *† Theſſ.2.b. Ioan.3.b.* CAM. Doctrina ergo tua, ſuper Liberi arbitrij quęſtione, omnino contemnenda erit. CAL. Quapropter? CAM. Siquidem Spiritusſancti haudquaquam eſt. CAL. Vnde hoc hauris? CAME. Num Spiritusſancti doctrina illa erit, quæ in tot, tantíſque rebus ex diametro ſibi ipſi aduerſatur? non quidem inconſtans, ſed verax Dei Spiritus eſt. † *† Rom.3.d.* CAL. Incipe varietates has recenſere. *Caluini varietates.* CAM. Quanquam ſuis locis fuſiùs iſthæc & maiora enarraturus ſim: tamẽ vt commodiùs ad hoc certamen te accingere poſsis,

quàm breuiſsimè partem illorum percurram. Dicis nanque ſic cor lapideũ tolli, nouum verò carneum, in aduentu ſpecialis gratiæ creari: vt, deleta voluntate mala, atque penitus immutata, noua voluntas, quæ ſolius Dei opus ſit, in anima creetur.† Alio tamen in loco, voluntatem primam, ſanari, reparari, ſeu præparari contendis: † tametſi alibi dixiſſes, reſtaurari & creari ſimul.† Auguſtinũ præterea ſequeris, non cogi homines inuitos Dei gratia: ſed voluntarios regi, vt ſponte pareant & ſequantur.† Itaque hoc defendis, vt alibi ſubiunxeris, neminem inuitum credere: † & tamen in tua Inſtitutione illud negas: inquiens, eſſe nonnullum in voluntate hominis, Dei gratiæ locum, non quæ illam purget, ſed quæ intus cohibeat: † coactionem, quam vbique negaueras, rurſum proponens. Porrò in tuo Interim, minimè Deum in homine tanquam in trunco agere fateris†. Itidem In Antidoto: alibi tamen ſic ais, Quid plus exprimeret, ſi nos vocaret ſtipites in operibus Dei cõſiderandis?† Et non ſolùm aſino, in Epiſtola ad Roma. hominem comparaſti: † verumetiam inferiorem aſino illum facis, cùm inquis: Non diſplicet ex Chryſoſtomo,† quòd ſpontaneos dicat homines ad ſequendum eſſe, qui trahuntur: ſed quia proprio motu ſequi debere ait†. Aſſeueras denique, nil homine agente, gratiam in animam intromitti:† & tamen alio in loco dicis, liberũ nolle ea ratione ipſi homini adiacere, quia bonum nolle

† Inſti. p. 36 37. ibi ſequitur. & p. 37. ibi, ſed erunt.

† Contra Pighiũ. p. 92. 100. 103.

† Inſt. p. 53. ibi, pugnat tanti. p. 172. Aug. de gra. & lib. arbi. 5. 23. bo. perſe. 13.

† Cõtra Pigh. p. 105.

† Insti. p. 53.

† pag. 79. ibi, proinde

† Inſt. p. 29. Ro. 7. ibi, Venundatus.

† Chry. Homil. 34. ſu. Ioannem.

† Con. pigh p. 227.

† An. Seſsi. 6.

poteſt:†huiúſque generis multa,quæ tum breuitatis cauſa omitto,tum etiam ne tāta farrago, lectorum animos abducat. CAL. Si cauſas, quare ego ſic locutus ſum,pōderaſſes:aliter diceres,quàm dicis. CAM. Tametſi cæteri hanc ob cauſam mirum in modum te accuſent: ego tamen ius tuum, aliis in locis commodiùs examinandum reſeruo: & vbi adhuc tibi ipſi cōtrarius fueris, errores hos iuſtè condono: tum quia æquum eſſe nemo prudens cenſet, nos iam à pueris illico naſci ſenes: quo planè iuuentutis tempore(vt dicere ſoles,réſque ipſa docet) typis Inſtitutionis librum præmaturè tradidiſti:tum etiam,cùm minimè accuſandus ſit,quiſquis libellos ſuos in melius reſtituit & corrigit.vtinámque in reliquis idipſum ageres, & minimè poſthac dubitares, quin vir ille beatus, qui potuit tranſgredi,& non eſt trāſgreſſus:facere mala,& nō fecit:†audacter Chriſto iuſto iudici in die ſua,dicat: Bonum certamē,(gratia tua comite)certaui,curſum cōſummaui, redde mihi coronā iuſtitiæ,quā tua miſericordia promiſiſti.† CAL. Operire paululum cum his nobilibus, donec relaxata mēbra,quæ ſatis ob publica officia cōquaſſata ſunt, reficiā,reliqua perendie tractaturus. CAM. Quibus armis certādū? CAL. Nuda ſcriptura. CAM. Placet: ſed cùm vnum Auguſtinum, ſemper tanquam eum exceperis,qui vbique de libero arbitrio optimè ſenſerit: illum in manibus perpetuo nos habere debere,te conſenſurum haudquaquam du-

†Inſti.c. 2. pag.59.

Eccleſi.c. 31.

† Vide in lib. 3.c.10. §.2.lib.4.c 11.

Auguſtinū modò Proteſtantes præferunt, modò abnegant,modò verò falſò illum tranſcribunt.

†*Insti.c.2. pa. 22. 24. cōtra Pigh. pag.83.* bito † CAL. Quòd Augustinum dixerim, vbique clarè, vbique verè, & conuenienter de hac re loqui: hoc vbi dixerim, demonstra, si tibi fidem adhiberi optas. Augustinum asserui prorsus in hac quæstione esse nostrum: quod autem congruenter in libris omnibus secum loquatur, mihi nunquam in mentem venit asserere. † CAMER. Ah Caluine, quid agis? nónne tu es, qui Pighio respondens, sequentia verba aliquantulum obscura scripsisti? (Ego verò, vt minimè detrecto litem ex aliis posterioribus libris, si opus sit dirimi: ita sic pugnandi cupiditate incaluisse Augustinũ in aliis nego, quin liquidam & distinctam veri expositionẽ semper retinuerit. †) Quid illud semper, quid illud veri expositionem? & alio in loco, ne in vna quidem syllaba ab Augustino, in ipsa quoque prædestinatione te differre, palàm prædicas. † Hæc sanè magna Protestantium versutia est: vt palàm coram miseranda plebe, Augustinum tanquam pallium errorum suorum præferant: deinde verò cùm placet, eundem, quem gregi eorum asciscere insudarunt, confestim repudiare non erubescant. Vtramuis partem elige, vel Augustinum contra vos esse fateri, vel ab illo omnino stare. CAL. Vbi Augustinus aliquid contra nos scripsisse videtur, iuuentutis eius tempore hoc fuit: quãdo totus philosophiæ intentus, Manichæorũ hæreses improbauit & refellit: quæ verò pro hac nostra opinione scripsit, senex, religiosus, atque Spiritusancto re-

†Con. Pigh pag.95.

†Cō. Pigh. li.3 pag.86

†In li.de prædesti.pa 33. & 34.

Protestantium versutia.

fertus edidit: eo nimirum tempore, quo aduerſum Pelagianos cõplures libros diuulgauit.† CAM. Ab Auguſtino ſene & ſancto, omnes libros ſenectutis ſanctitatíſque tempore ſcriptos accepimus. CAL. Quis iſta ait? CAME. Res ipſa docet. Siquidem Auguſtinus in ſenectute, ſi qua malè ſenſerat, aut retractauit, aut declarauit: quo fit, vt quæcunque retractata non ſunt, à ſene ſanctóque Auguſtino habeamus. Vtinámque hoc vos dolo non vteremini, Auguſtinum nimirum aliquando diminutè tranſcribere: quòd certè alterum Auguſtinum excudere eſt.

Ab Auguſtino ſancto ac ſene, omnes eius libros habemus: Iuuene, nullum.

†lib.3.con. Pigh.p.90.

CAPVT TERTIVM.

Cùm minimè deceat quædam à Caluino requirere, quæ ad intelligentiam verborum neceſſaria ſunt, Idiotas illa docet, vt promptiores ad percipiendum, in quo Liberum arbitrium conſiſtat, ipſi quoque reddantur.

CAMERARIVS. IDIOTA.

ALLOQVAR Idiotas, dum Caluinus quieſcit: vt Chriſtianæ pietati ſatisfaciam. Hem, viri auditores, adéſtne ex his qui aſtant, idiota aliquis, qui hoc ſibi ſumat, de libero arbitrio ſe poſſe diſputare? IDIO. Caluino excepto & paucis, maiori ex parte, aut idiotæ, aut grammatici ſumus om-

nes, qui ſpiritu Dei, in nobis habitantis, rei huiuſce periculum facere parati ſumus. CAME. Quid ad negãdum Liberum arbitrium, mentẽ veſtram ſollicitat? IDIO. Quia hominũ inuentũ, Liberi arbitrij nomen eſt, ſcripturæ incognitum. CAME. Sic & Manichæi dicebãt,† Catholicos patres ad decipiẽdos homines Liberi arbitrij nomen inueniſſe: quorum finem iam vidiſtis. IDIO. Quid tu reſpondes? CAME. Rectum hominẽ Deum creaſſe Salomõ teſtatur: nónne? IDIO. Sic ſcriptura ait.† CAME. Si rectus, ergo rectè, & cum rationis, atque voluntatis libertate creatus. IDIO. Temporis illius Salomon meminit, antequam Adamus peccaſſet. CAME. Fateris ergo Liberũ arbitrium Adamum habuiſſe. IDIO. Maximè, ſed peccando, ſe perdidit & illud, deſeruit Deum & deſertus eſt.† CAME. Num penitus? IDIO. Per velle malum, rectè perdidit velle bonũ, Auguſtinus inquit.† CAME. Sed eodem libro ſubiungit, nõ eſſe catholicum hominem, qui Liberũ arbitrium negat.† IDIO. Atque illos hæreticos eſſe putat, qui ad malum nos voluntatem propriam habere negant, his verbis: (Nam neque liberum arbitrium quicquam niſi ad peccandum valet) bellè docens, nullum eſſe ad bonum liberum arbitrium.† CAME. Cur aliter quàm ipſe loquatur, Auguſtinũ tranſcribere perpetuò ſtudetis? IDIO. Quid falſi hîc eſt? CAME. Cõtinuò nanque, poſtquam verba à te citata Auguſtinus ſcripſerat, ſequẽtia addi-

Idiotarum Lutheranorum error, qui Manichæos ſequẽtes, libe. arbitriũ rem à Catholicis fictã eſſe dicunt.

† Auguſti. de actis cũ fœli. li. 2. ca. 5.

† Eccle. 7. d.

† De cor. & gra. cap. 11.

† Hypog. li. 3. col. 3.

Non eſt Catholicus, qui liberum arbitriũ negat.

† Hypo. lib. 3. col. 10.

† De ſpi. & lite. cap. 3.

Liberum arbitriũ quid ſit.

dit: Si lateat veritatis via. †Siquidem Liberum arbitrium ad malum sufficit: ad bonum autem parum est, nisi adiuuetur ab omnipotēti bono. † IDIO. Post somnum, cum Caluino isthæc differere poteris. CAM. Vereor, Idiota, cùm ista nescias, ne Liberum arbitrium quid sit, omnino ignores. IDIO. Omnes Liberi arbitrii definitiones Caluinus in sua Institutione coaceruauit.† CAM. Et tamen adhuc quid Liberum arbitrium sit, non explanauit. IDIO. Doctum virum Caluinum esse vbique prędicas. CAM. Doctū: sed suis. & quia doctus, dolo id eum tacuisse puto. IDI. Doce tu nos: vt siquis capere poterit, capiat. CAM. Quoddam enim figmentum grammaticorū Protestantes sibi effingūt: vt Catholicos mordeant, quasi idcirco liberū esse nos dicamus, quia homo solus, actu, hoc vel illud bonū opus, vt vult, operatur. IDI. Nil quidem ignorat is, qui hunc in modum de ipso Libero arbitrio sentit. CAM. Immò omnia. Poterat nanque crebra meditatione discere: aliud dici, hominem liberi arbitrii esse, vt dissentire & cōsentire possit: siquidem consensus & dissensus noster est, † nostrum item vt dicamus, Velle mihi adiacet, perficere autem non inuenio.† quem in modum post Adami peccatum Liberum arbitriū ad velle vulneratum absque merito, nō autem ad posse, (secūdum Augustinum) habemus, donec ab eo curetur, cuius liuore sanati sumus.† Aliud verò: vt homo non modò perficere, sed neque absque

†De spi. & litera.

†De cor. & gra. cap. 11.

†Insti. cap. 2. pag. 24.

Protestantiū error ad cognoscendum, quid liberum arbitrium sit.

Liberum arbitriū, hoc est potentia cōsentiendi vel dissentiendi, distinguitur à Lib. arbitrio iustè operandi: vt primum dicatur liberū arbitriū, secundū liberatum arbitrium.

†De spi. & litera. c. 34

†Roma. 7.

† Hyp. 3. col. 1. 2. 3. & 4.

Deo quicquam cogitare meritoriè poſſit: eò quòd à ſola gratia homo ipſe hoc habet,† Auguſtino teſte, cùm ait: Adiuuat propoſitum bonum ſubſequens gratia, ſed nec ipſum eſſet niſi præcederet gratia: ſtudiũ quoque hominis quod dicitur bonũ, quamuis cùm eſſe cœperit, adiuuetur gratia: non tamen incipit ſine gratia.† IDIO. Gratia ergo nouã naturam generat. CAM. Minimè. IDIO. Equidẽ hoc intelligere nequeo. CAM. Et hoc ideo, quia ignoras aliud eſſe, hominẽ libertatẽ arbitrij habere, hoc eſt, potentiam cõſentiendi, vel diſſentiendi, vt dixi: quod naturæ liberum dicitur arbitrium. Aliud verò, libertatem meritoriè operãdi iuſtitiam: quod liberatum liberũ dicitur arbitriũ†: liberatũ dico ad iuſtè viuendum†: quod à ſola gratia initiatur, & ea coadiuuante conſummatur, vt vidiſti. IDIO. Probè quidem omnia, nobis tamen inaudita. CAM. Hæc ſi cogitare voluiſſet Caluinus, minimè in ſua Inſtitutione,† & in lib. contra Pighium†, Aug. iocoſis verbis vſum fuiſſe dixiſſet: cùm in citatis locis liberum & liberatum arbitrium diſtinguit: per primum arbitrium, potentiam conſentiendi, vel non conſentiendi intelligens: per liberatum verò, ipſam quoque libertatem operandi iuſtitiam. Quæ libertas eſſe non poteſt, antequam ab illo idem homo liberatus ſit, qui verè nos liberos facit. † Intantum enim libera eſt: inquantum liberata eſt, & tunc voluntas libera, appellatur voluntas. †eſt enim in poteſtate noſtra quid

†Hypo.3. col.4. cont. du. epi.2. cap.8.

†Aug. contra du. epi. li.2. cap.15.

Iuſtè aliquid cogitare nõ poſſumus ſine gratia.

† De corr. & gra. ca. 13.

†Cõtra duas epi. li.1. c. 2 lib.3. c. 4. de nat. & gra. c. 43. epi. 46. ibi de fructu iuſtitiæ. Hyp. lib.3.

Liberum liberatũ arb.

†Pag.24.

†pag.85.

†Ioan.8.

†li.1. retra. cap.9.

velimus gratia aſsiſtente, quam deſuper accipimus, cùm pręparatur à Domino voluntas:† ab hac quidem Auguſtini ſententia Caluinus diſcedere non poteſt: qui in libro contra Pighium illam approbat †. Et ſi iſta animaduertiſſet, minimè in ſua Institutione, catalogum illum longum ſententiarum Auguſt. coaceruaſſet: † nixus oſtendere, Auguſtinum ſeruum arbitrium vocaſſe: haudquaquam, inter propenſiones illas, quarum Paulus ad Romanos meminit†, & ipſam voluntatis ſeruitutem, quantum interſit, diſtinguens: de quibus cum eo paulò pòſt acturus ſum,†ea illi oſtēdēs, quæ fortaſſe in hunc vſque diem non cogitauit. Nec denique aduerſum Catholicos patres adeò excandeſceret, apertóque ore illos irrideret, quòd Liberi arbitrij hominem nunc ſpoliatum, ad Dei gratiam confugere doceant: nunc propriis ipſius armis, aut instruant, aut videantur inſtruere.† Tria nanque diſtincta Pelagiani conſiderarunt: potentiam nimirum, qua poteſt homo eſſe iuſtus: voluntatem item, qua vult eſſe iuſtus: & actionem, qua eſt iuſtus. quorum trium, ſolam potentiam, qua homo ſpoliatus erat, Deo aſcribebant: voluntatem verò, id eſt actum voluntatis intrinſecum, actúmque extrinſecum, nimirum opus, quaſi propriæ hominis vires eſſent, ipſi homini tribuebant. Nos autem omnia tria ipſi Deo attribuimus: ita vt omnibus, quo ad meritum denudati, non ſolùm potentes, verumetiam volentes & perficientes, à gratia

Caluini contradictio.

Pelagianorum error circa potētiam, volūtatem, & actum.

†li.1.retra. ca.9.de gra & libero arb.c.15. & 16.
† pa. 100.
†Inſti.pa. 24.
† Cap. 7.
†Infrà.c. 6.& li. 3. c. 3. in princ. & §. 4.
†In anti. ſeſſ.6.& in Inſti. vt ſuprà.

ſimus:interea dum veſte nuptiali charitatis induti, inſolidum gratia aſſiſtente volumus, & meritoriè cooperamur.† IDIO. Nónne voluntas, & voluntatis actus intrinſecus, pro eodem à Philoſopho vſurpantur? CAM. Vtique, vbi de rebus naturalibus, non autem de ſupernaturalibus loquimur: in quibus aliud eſt potentia humana: aliud virtus à Deo infuſa:vt ſanato homine,ipſa volũtas ſic pręparetur,vt homo bonum velle poſsit:quandoquidem multi ſunt, qui volunt & non poſſunt,multi qui poſſunt & non volunt†: multi qui ſecundum naturam abſque merito poſſunt & volunt,ſed impediti ab aliquo extrinſeco ne mereantur, quanquam bonum aliquod optent, nec velle nec perficere inueniunt.quo fit vt velle & perficere à Deo ſit†. IDIO. Nónne omnia ſimul Caluinus dixit, cùm ait: Nihil ad arbitrij libertatem attinet, an homo ſenſu naturæ ad bonum appetendum feratur: ſed hoc requiritur, vt bonum recta ratione diiudicet,cognitum eligat, electum proſequatur.† CAM. Bella quidem Liberi arbitrij definitio hæc eſt,in qua neque quouſque feratur,declarat:neque an ratio ſola, vel gratia aſsiſtente iudicet,exponit: neque qua potentia eligat, electúmque proſequatur, ſtatuit. nónne hoc potius Liberi arbitrij definitionem occultare eſt? IDIO. Optimus teſtis pro Caluino,ſua Inſtitutio erit,per ipſum non ſtare, quominus Liberum hominis arbitrium vocetur,modò ſana verbi definitio nobis conſtet. †

† *Aug. de gr. chri. ca. 3. 4. & 6.*

† *De ſpi. & li. 31.*

† *Philip. 2.*

Liberũ arbitrium ſecundum Caluinum.

† *Inſti. ca. 2*

Nomen liberi arbitrij Caluinus admittit, ſed ſuo ſenſu illud definire vult.

† *Con. Pigh pa. 109. li. 3*

CAME. An vocabuli ſignificationem, Caluinus rectè vos docuerit, tu ipſe ex præmiſsis iudica. nolo te philoſophica doctrina, quam ferre non potes, confundere: in quam ſi penetrare poſſes, e veſtigiò Caluinum condemnares. at hoc vnum illorum vice addere non deſinam, quippe vt nullam Liberi arbitrij definitionem rectam eam ob cauſam à Proteſtantibus expectare poſsis: quia Liberum arbitrium obliterare potius quàm veritatem quærere nituntur.† IDIO. Cur igitur ſic Caluinus loquitur? CAME. Voce enim quadam à ſe efficta, quaſi veritati in quibuſdam acceſſerit, Liberum arbitrium coram ſuis confitetur: factis autem, veri liberi arbitrij ſubſtantiam omnino negat. IDIO. Veſtras igitur definitiones afferto. CAM. Lacte prius vos paſcam: deinde carnibus. IDIO. Quid iſtud? CAME. Faciliora proponam, vt vos ad maiora percipienda magis idoneos efficiam. IDI. Quid ſibi volũt iſtæ tuæ metaphoræ? CAM. Lac erit, principiò quid ſit Liberum arbitrium, ſecundum philoſophos ſummatim intelligere: carnes verò, vt quem in modum (præter ea quæ diximus) Theologi Liberum arbitrium definiant, intelligatis.

† Infra. c. 4. 5. & 6.

CAPITIS TERTII

§. PRIMVS.

Quid Liberum arbitrium ſecundum Philoſophos, abſque merito ſit, obiter hîc enarratur, cæteris poſthabitis, quæ parum, aut nihil ad hoc inſtitutum attinent, Philoſophis philoſophica relinquendo.

CAMERARIVS. IDIOTA.

ROGABO in primis, antequam ad ipſam definitionem veniamus, an ex præmiſsis verbis Caluini intelligas habitum, actum, vel potentiam, Liberum arbitrium eſſe. IDI. Quid voces iſtæ ſignificent, nullo vnquam tempore audiui. CAM. Hui! iſthęc puerilia adhuc ignoras: & de Libero arbitrio loqueris? IDI. Quídnam contendis: vt mentiar? CAM. Verè te nunquã iſta audiuiſſe autumo: cùm neque Caluinus iſta in libro contra Pighium enarrans, ſemetipſum declaret.† IDI. Illa tu ſupple quæ Caluinus omiſit, ne poſthac cæteri idiotæ in principiis errent. CAM. Attentas aures prȩſtabis? IDI. Paratus ad audiendũ ſum. CAM. Et ego ad loquendum. Eſt habitus, qualitas quædam in anima, hanc vel illam potentiam informans, principium nimirum quoddã eliciens actum: percipis iſta? IDIO. Teneo. CAME. Noſti rurſum, an Liberum arbitrium habitus naturalis ſit? IDIO. Quid me de his interrogas?

An in potentia, habitu, vel actu, Libe. arbitrium conſiſtat.

†*Vide in c. 7.*

CAM. Non quidem habitus naturalis esse potest: siquidem habitus naturalis, naturaliter inclinat. Liberum verò arbitrium gratia liberatum, supernaturale quoque bonum inquirit: cui vltimæ parti satisfacere, naturalis habitus nequiret. IDIO. Sit igitur habitus infusus, vt omnia comprehendat. CAM. Neque etiam infusus habitus esse potest: eo quòd secundum Aristo. habitus circa vnum se habet: Liberum verò arbitriũ, inter duo quoque, siue cõtraria, siue cõtradictoria sint, adesse potest. IDI. Erit ergo actus: siquidem cùm inter duo, quæ proponuntur, iudicat, iam agit. CAME. Principium actus qui sequitur, Liberum arbitrium vocamus, non autem actum. IDI. Cur non actum? CAM. Ne non agendo, homo ipse Liberum arbitrium habere desinat. IDI. Quid tandem erit? CAM. Animæ potentia, gratiæ superuenientis subiectũ, qua assistente operamur bonum, ea verò desistente, malum: †quandoquidem hoc quisque in potestate habere dicitur, quod si vult, facit: si non vult, non facit: quasi voluntatis nostræ sit, & proprij arbitrij libertatis, vel facere si volumus, vel non facere si nolumus.† IDI. Quid potentia ab habitu differt? CAM. Habet se homo per potentiam, vt potens operari: per habitum verò, vt aptus ad operandum, siue bonum siue malũ, prout habitus ipse circa vnum est. IDI. Nónne ista duo idem sunt? CAM. Nequaquam: siquidem potẽtia est, qua possumus aliquid simpliciter, etiam circa plura: ha-

† Hypo.3. col.3. ibi. sed cur.

† De spi. & lit. c.31. & Hie. aduer. Pel. li.1 to. 2.

bitus verò, nec ſimpliciter, nec circa plura poteſt: eò quòd aptitudinem circa vnum continet: ita, vt habitus ſuperuenire dicatur, potentia verò in propria eſſentia adſit. IDIO. Da exemplum. CAM. Pone facultatem concupiſcendi, tanquam potentiam in homine adeſſe: num virtus ipſa, addito habitu temperantiæ, bonum concupiſcere poteſt? addito verò habitu intẽperantiæ, malũ? IDI. Etiam. CAM. Ad hunc modum igitur intelliges, habitum temperantiæ, aptum ad benè concupiſcendum, ipſam potentiam concupiſcendi habiliorem reddidiſſe: habitum verò intemperantiæ, ad malè concupiſcendum: ita vt potentia ipſa, circa vnum aptior reddatur. IDI. Quomodo liberatum arbitrium, liberum infuſa gratia dici poterit, ſi gratia propter vnum, id eſt bonum, infunditur? CAM. Hoc ſolo vulnerata anima egebat, vt ad volendum & operandum bonum, ſanaretur, non ad peccandum, quod ſuapte natura homo omni tempore habuit.† IDI. Sit potentia: quid tum? CAM. Sat eſt lac iſtud te manducaſſe, vt inde aptiori in loco, quomodo Gratia ſeſe habitus inſtar habeat, vt homo vnum duntaxat, nimirum bonum meritorium, cum arbitrij libertate conſummare queat: & gratia principium actus qui ſequitur, ſit, facilè ſimul percipere poſsis. reliqua igitur aggrediamur. IDIO. Perge. CAM. Magna dubitatio apud Ariſtotelem fuit, vtrùm electio, ad vim appetitiuam, an ad vim cognitiuam pertineat: cùm electio ipſa, vel intelle-

† De eccle. dog. cap. 21. hypo. li. 3.

Electio quæ per liberum arbitriũ fit, vtrùm ad vim appetitiuam, an cognitiuã, pertineat.

ctus appetitiuus ſit, vel appetitus intellectiuus†. ID. Quid tandē Ariſtoteles concludit? CAM. Ad hoc quòd ſit appetitus intellectiuus, magis inclinat†. IDI. Quid appetitus ipſe intellectiuus eſt? CAM. Deſiderium conſiliabile nominatur. IDIO. Ignotum per ignotius. CAM. Potéſtne homo aliquid, ſecundum ſenſum, abſque conſilio rationis appetere, à quo voluntas non declinet? IDI. Maximé. CAM. Poteſt rurſum aliquid cum diſcurſu rationis velle? IDI. Quid ni? CAM. Primo igitur modo, optio illa inconſiliabilis eſt. Secundo verò modo, conſiliabilis, vt Liberum arbitrium rationis voluntas dicatur. † intelligis & iſta? IDIO. Maximé. CAME. Vbi iſta perceperis, dic amabo, num etiam ſi integra Philoſophia, & Theologia tota obliteratæ eſſent, tamen ſola natura in te ipſo hoc experiri poſſis: nempe vt inter voluntatem inconſiliabilem, & rationis iudicium (donec conſiliabilis ipſa voluntas fit) controuerſia quædam ſæpe in anima adſit: quæ ſuſpenſam, tanquam rem non conſtitutam, ipſam voluntatem detinet, donec vnum ex duobus contrariis, ſeu diuerſis, velit? itidem & iudicium, in quam partem inclinet? Experientia certè rei huius magiſtra eſt: cùm mulier pulchra nobis ſeſe offert, quam voluntas primo motu ſemper appetit, ſed ratio reluctatur, vt legi Dei pareat: intra quod interuallum (etſi vnicum momentum ſit) ſufficit rationis iudicium liberum, ad iudicandum eſſe, atque voluntatis arbi-

†Ari. 6. Eth.

†Ari. 3. Ethi. ibi electio cum ratione eſt atque mēte

Appetitus intellectiuus.

Optimum exemplum, quo Idiota, ſolius naturæ ope, Libe. arbitriū quid ſit, intelligere queat.

† Aug. de eccle. do. c. 21.

trium liberum ad volendum. IDI. Minimè quidem, ſiquis rationis capax eſt, hoc negare audebit. CAME. Liberum ergo arbitrium ſecundum Philoſophos confiteris: quod inter duo (ſiue contraria, ſiue contradictoria ſint) liberum rationis & voluntatis iudicium, intra hoc interuallum continet: vt homo vni vel alteri hęrere poſsit. Sic enim philoſophi Liberum arbitrium definiunt. Liberum arbitriũ iudicium de agendis eſt, procedens à voluntate. His duabus vocibus compoſitum, quaſi liberum propter rationis ſubſtantiam ſit: arbitrium verò, propter ſubſtantiam voluntatis. IDI. Sæpenumero ego audiui, ſummã libertatis, in ipſa ſubſtantia voluntatis permanere: quæ cæteris partibus animæ dominatur. Quo fit, vt congruentiùs liberum propter voluntatem dicatur: arbitrium verò propter rationem. CAM. Aliud quærere eſt, vnde vocabulorum compoſitio hæc nata ſit, quod nunc inquirimus: & tunc conſiderato Libero arbitrio, tanquam termino, à quo: quia nihil eſt (vt ita dicam) volitũ, quin præcognitum ſit, ordinis ratione atque originis: Liberum propter ſubſtãtiam rationis dicetur, in qua radix Libertatis eſt: & arbitrium, propter ſubſtantiam voluntatis. Siquidem minimè quid Liberum arbitrium actu ſit: ſed quid in potentia ſola ad actum nõ deducta ſit, hoc loco quærimus. Alio & ſecundo modo Liberum arbitrium actu conſideratur, ratione finis, ac termini ad quẽ, propter actus elicitos, & operationes noſtras: &

Liberũ arbitrium, quid ſecũdum philoſophos ſit.

Quare ex duabus vocibus, liberum arbitrium, compoſitũ eſt.

tunc liberum propter ſubſtantiam voluntatis, quæ ſumma cum libertate rationi imperat, vt ſecundum modum ab ea præſcriptum arbitretur, liberum dicetur arbitrium verò, propter ſubſtantiam rationis, cui arbitrari conuenit†. Dixerim hæc, vt in mente aliorum veritas eluceſcat: non autem quòd ingenium tuum (idiota cùm ſis) obtundere decreuerim: parum ſanè refert, modò ab vtraque ſubſtantia, rationis ſcilicet & voluntatis, liberum arbitriũ proficiſci intelligas. Siquidem (vt dixi) ipſe quoque Ariſtoteles dubitauit, vtrũ intellectus volitiuus, vel voluntas intellectiua ſit. IDI. Nil quidem in vocabuli declaratione, & vocibus à Spiritu-ſancto nõ pronũciatis, laborandũ, Caluinus doctor noſter cenſet: modò de ipſa rei ſubſtantia inter nos conueniat. CAM. Hæc Caluini verba ſunt: Si coactioni opponatur libertas, Liberũ eſſe arbitrium, & fateor & conſtanter aſſeuero: ac pro hæretico habeo, quiſquis ſecus ſentiat. Si hoc, inquam, ſenſu vocetur, quia non cogatur aut violenter trahatur, violento motu: ſed ſponte agatur ſua: nihil moror. Sed cùm aliud prorſus vulgò concipiant, dum hoc epitheton hominis voluntati attributum, vel audiunt vel legunt: hæc cauſa eſt, cur mihi diſpliceat. Siquidẽ ad facultatem viréſque referunt, vt in poteſtate ſua, bonum vel malum habeant, & alterum eligere ſuapte virtute queant.† IDI. Adamuſſim omnia memoriter retuliſti, quæ ipſe concionari conſueuit. At quid tu illi reſpondes? CAME.

† Hæc omnia ex Tho di. 25. ar. 2. quartum arg. 5. 6.

Quomodo liberum eſſe noſtrum arbitrium Caluinus confitetur.

† Con. Pigh pa. 64. 65. 66.

Quanquam iſta commodiùs in progreſſu noſtræ diſputationis tractari potuiſſent: quia tamen hîc de nominis compoſitione agimus, obiter reſpondebo, dolo Caluinũ tacere, nos Catholicos tenere, potentiam hanc, cùm ad bonum tendit, nõ à propria, ſed à Dei virtute & hominis voluntate, quæ ex ipſo eſt homine, procedere. ſicut paulò antè di-
†in cap. 10 xi, & iamiam vberius dicturus ſum.† IDIO. Vnde hoc vocabulum deducitur? CAM. Ab arbitrando rationalíque conſideratione diſcernendo quid ho-
†Hypo. li. 3 col. 3. mo eligat.† IDIO. Solus ergo Adam ante peccatum, Liberum arbitrium habuit. CAM. Per peccatum, Liberum arbitrium hominis poſſibilitatis bonum perdidiſſe fateor, non nomen & rationem. Eſſe fatemur Liberum arbitrium omnibus hominibus, habentibus quidem iudicium rationis: non tamen quòd ſit idoneum, quæ ad Deum pertinẽt, ſine Deo aut inchoare, aut certè peragere, ſed tan-
†Hypo. li. 3. col. 3 & 4. tum in operibus vitæ præſentis. † IDIO. Nouit Caluinus vos gratiæ Dei omnem virtutem tribuere: ſed quia illum ſpontaneum acceſſum, voluntate quæ ex nobis ſit, fieri contenditis, non autem Dei, qui in nobis vult: hoc ipſe negat. CAM. Poteris tu intereſſe, cùm iſthuc luce clarius, Caluino
†c. 5. 6. & 7. iamiam oſtendam:† IDIO. Durum mihi videtur, vt cùm ſcriptura nihil de ipſo Libero arbitrio dicat, Philoſophos ſequamur: qui compoſitis vocibus, id quod ſoli Deo conuenit, homini tribuunt. CAM. Petro vicario Chriſti, & Dionyſio Areopagita

Cur liberum arbitrium nominatur.

Nomen liberi arbitrij in ſcriptura non legi Proteſtantes contendũt, quibus nos reſpõdemus.

Pauli discipulo tu sanctior es? †Vel Tertulliano atque Clemēte doctior?†cæteríſque omnibus,qui vocibus istis sic cōpositis vtuntur?Aut non licet voces accōmodare, vt rerum substātias faciliùs percipiamus? IDIO. Cùm Protestātes palam profiteantur , se spreta omnium patrum vestrorum authoritate,Liberū arbitriū negare,†frustra,Philosophos, atque homines , tanquam Deos præponis. CAM. Aut quærimus,an in operibus humanis Philosophi Liberum arbitriū agnouerint:& hoc non puto vos negare. Aut quærimus,an Liberum arbitriū in opere meritorio homines cognouerint:& tūc minimè humano eloquio,sed diuino reuelatum esse in sanctis scripturis Augustinus respondet & probat †. IDIO. Has nobis ostende. CAM. Hoc in toto libro agimus:præterea nihil.Hactenus sufficiat,Philosophorum Liberum arbitrium quid sit,obiter vobis commonstrasse:vt deinde faciliùs alterū Theologorum percipere queatis.

† li.2.de diuer. no.

† lib.2.cōtra Marchionem.

† Insti. ca.2

† De gra. & lib.arbi c. 2.

CAPITIS TERTII §.SECVNDVS.

Liberi arbitrij definitio secundum Theologos.

IDIOTA. CAMERARIVS.

Liberū arbitriū quid sit,secundū Theologos.

QVAM definitionē Liberi arbitrij,vestri Theologi tradūt? CAM. Primus qui ipsius Liberi arbitrij apertis verbis meminerit,Petrus fuit:cuius verba Clemēs in libris recognitionū mul

tis in locis profert. Origenes deinde suã posuit definitionẽ, vt facultas sit rationis ad bonũ malúmve discernẽdum, volũtatis ad vtrũque eligendũ. † Bernardus verò, cõsensum esse, ob volũtatis inamissibilẽ libertatẽ: & rationis indeclinabile iudicium. † Anselmus item potestatẽ esse, seruãdi rectitudinẽ propter seipsam. IDIO. Vnã elige. CAM. Hoc in summa Aug. vbiq; docet: Liberũ arbitriũ, rationis & volũtatis liberã facultatẽ esse, qua gratia assistẽte, Liberato arbitrio eligitur meritoriũ bonum: ea verò desistẽte naturali arbitrio malũ. † Sic enim Liberũ arbitriũ stabiliẽtes, nec Liberũ arbitriũ sic defendimus, vt illud à Dei gratia separemus, nec gratiã Liberũ arbitrium auferre cõfitemur. Quin potius cum Augustino dicemus: Si nõ est Dei gratia, quomodo saluat mũdũ? & si nõ est Liberũ arbitriũ, quomodo iudicat mundũ? † IDIO. Quum Gratia ad bonũ tendat, illud vnũ est, quod præstat: quod si vnũ, num circa vnũ, liberum erit, non autem inter duo cõtraria, subcõtraria, seu diuersa? Iam tempus est vt videas, quomodo Deus in ore Idiotarũ loquatur. CAM. Vnde audacia tanta? adiuro te per Deum viuum, vt nunc dicas, an Satan sis, qui in huius ore loquaris. IDI. Quisquis ego sim: quem tu authorem huius nouæ doctrinæ habes? CAM. Vnum, quod bonum est, gratiam pręstare: alterum, hoc est, vt malum agat, corruptam naturam efficere iamdudum dixi. Ast quid si illud vnum duntaxat ad bonum haberet: nónne ad illud vnum liberum arbitrium habebit?

† lib. 3.

† De lib. ar.

† Loca Augustini innumera in marginib⁹ lege, sed omnino de eccl. dog. c. 21. & libro 3. hyp. col. 3. 4. & 5.

† epist. 46.

Liberũ arbitriũ circa vnum.

Cape eos qui glorificabuntur, & apertè videbis hominē qui Deus non eſt, in hoc tamen Dei participem eſſe: vt ſicut Deus natura peccare non poteſt, itidem & ipſe per gratiam non peccet: itaque Liberi arbitrij eſſe. quandoquidem ſeruādi gradus diuini muneris erant, vt primum daretur Liberum arbitrium, quo non peccare poſſet homo: nouiſſimum, quo peccare non poſſet†. IDIO. Neceſſitatem iuſtitiæ Deus habet? CAM. Neſcio qua bona cōſtrictione naturæ dicere audeamus, Aug. reſpōdet, ideo Deum non voluntatem, ſed neceſſitatem habere iuſtitiæ: quia non poteſt velle peccare.† Et paulò pòſt: Non enim vt ſtulti putant, ideo non erit omnipotens, quia nec mori poteſt.† IDIO. Quid ſi Auguſtinum ego negem? CAM. Paulum negare non poteris, cùm ait: Vbi ſpiritus, ibi libertas.† Rationem præterea, qua patet, illum in ſupremo gradu liberum eſſe, qui gratia ſui liber eſt: vnde prouenit, quòd Deus increatus, creans omnia, & qui quodcunque voluit, in cælo & in terra fecit,† in ſupremo gradu Liberum arbitrium habere dicatur. IDIO. Iſthæc omnia ingenuè fatemur: ſed ſimul Liberum arbitrium, circa vnum bonum, negamus. Siquidem Deus, ipſa bonitas, ipſáque libertas, & qui nos liberos facit: neglecta hac Liberi arbitrij contemplatione à vobis inuenta, ſuapte natura, bonū perpetuò operatur. CAM. Sat eſt Deum diuerſa poſſe, tametſi bonum ſemper agat. IDIO. Quid iſtud? CAMER. Omnes ſanè filij iræ natura ſu-

† *De ciui. dei lib. 22. c. 30.*

† *De nat. et gra. c. 46.*

† *eo. c. 49.*

† *2. Cor. 3. d.*

† *Acto. 17. f. Pſalm. 134.*

†*Ephe. 2.a* must: nónne? IDIO. Maximé. CAM. Et tamen horum quosdam Deus prædestinauit, quos poterat non prædestinare: & per certos modos ad salutem illos peruenire præordinauit, quos poterat per alios modos saluare. Sic enim Paulum interpretamur, cùm ait, Omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidẽs singulis prout vult: id est, pro liberæ voluntatis arbitrio.† IDIO. Magistro sententiarum, & Hieronymo responde.† CAM. Aliter in Deo, quàm in homine, Liberum arbitrium considerari, Magister duntaxat docet. IDIO. Tu quidem ramos putas, sed gladium ad radicem minimè ponis. dic obsecro, an Deus possit nòn velle bonitatem suam? CAM. Non potest. IDIO. Ergo Liberi arbitrii nequaquam est. CAM. Valet istud consequens: Adam volare non poterat, ergo Liberum arbitrium non habuit? IDIO. Minimé. CAM. Tale est consequens tuum: Deus non potest non velle bonitatem suam, ergo liberi arbitrii non est? Siquidem ad bonitatẽ eius, diuersi modi rerúmque ordines ordinari possunt: & voluntas eius nõ sic fertur ad vnum in suis affectibus: quin quantum in ipsa est, in aliud ferri possit. IDIO. Vbi tunc illud interuallum pugnæ, infra quod cõsiliabilis voluntas fit? Num dicemus Deum inquirendo agere? CAM. Cùm imperfectio humana consilium quęrat, hinc fit, vt aliter in Deo, quàm in homine viatore, Liberum arbitrium insit: aliter in glorificato homine, & angelis considerari: ita vt

†*Ambro. de Trini.*

†*li. 2. di. 25.*

Deus non potest, non velle bonitatem suã: & tamen nõ propterea liberũ arbitrium ei aufertur.

Diuersus volendi modus liberum arbitriũ statuit.

Aliter in Deo quàm in homine, liberum cõsideratur arbitrium.

Liberum. arbitrium multiplex.

Libe. arbi. in patria. viatoris perfectum Liberum arbitrium: ciuium verò cælestium perfectissimũ sit? Libertas quidẽ vrget, quæ in ipsa animæ potentia inest, vt sine coactione & necessitate, is qui suorum actuum dominus est, & diuersa facere, vt ita dicã, potest, id valeat appetere atque eligere, quod ex ratione decreuit. Sic enim perfectissimum Liberũ arbitrium in patria omnes sancti habent. IDIO. Verba tua satis mihi arrident: sed vereor interim, ne aliquod venenum lateat. CAM. Superare Satanam facilè veritate duce potero, decipere nequaquam. IDIO. Homo sum, nõ Satan. CAM. Quicunque sis, Augustinum ausculta, cùm ait: Multò liberius fore arbitrium quãdo non poterit seruire peccato. † Nec ideo Liberum arbitrium non habituros, quia peccata delectare non poterũt: magis quidẽ vt sit liberum à delectatione peccãdi, indeclinabile liberatum. † IDIO. Quid si iterũ Aug. abnegẽ? CAM. Caluinũ simul negares, qui Aug. in hac de Libero arbitrio quæstione, se sequi gloriatur. Nõ quidem hoc dũtaxat Aug. docet, sed hoc quoque: nẽpe dãnatos, qui in propriis peccatis sibi ipsis placent, Liberum arbitrium ad malũ duntaxat in inferno habere: † ita vt malũ in via, liberum illorũ arbitrium sit: in inferno verò, pessimum. Quæ cùm ita se habeant, noli amplius cum illis errare, qui defendũt, non esse Liberũ arbitrium, nisi ad duo quæ proponuntur cõtraria, vt ipse homo in medio degẽs, quasi ad vtrumque agẽdum, indifferens maneat, & actu

Quæ libertas libe. arbitriũ statuat.

Aliud perfectũ Lib. ar. aliud perfectissimum.

Damnatorum Libe. arbi.

Illorum error qui putant liberũ arbitrium non dari, nisi inter duo cõtraria.

† *li. 22. de ci. Dei. c. 30*

† *Aug. in loco citato.*

† *con. du. epi. cap. 2.*

vtrumque eligere poſſit: immò potius cõtrà, ſatis ſupérque eſſe puta, quòd animæ potẽtia, quæ minimè tãquam habitus ſe habet ad vnum, ſed ad diuerſa, illud vnicũ bonum agere vel nõ agere, aut diuerſo modo agere queat: licet non poſſit eligere malum, quod bono aduerſatur. † Alioqui quomodo liberũ ad peccãdum eſſet, quod vos fatemini? IDIO. Palàm confiteor, non poſſe nos idiotas, has ſubtiliſſimas, Liberi arbitrij contẽplationes capere. CAM. Temerarium igitur eſt, Idiotas, qui mentes oppletas tenebris habent, velle de Libero arbitrio diſputare. Si tamen doctores eſſe vultis, ſaltẽ ex illis ne ſitis, qui neque ea quæ dicunt, intelligũt, neque de quibus affirmãt. Sed noſtra quoque tandiu legite, donec intelligatis: vt intelligẽdo, quàm falſam doctrinam Rabini veſtri prædicent, cognoſcatis.

† Patẽt iſta ex Dei Lib. arb. & eorũ qui ſunt in patria, vt ſuprà dictum eſt.

CAPVT QVARTVM.

Quum eò ventum ſit, vt mulieres quoque, de Libero arbitrio diſputare non dubitent: quædam illorum argumenta, quibus vti ſolent, hoc loco, ex parte (prout ipſæ capere poſſunt) diluuntur.

CAMERARIVS. IDIOTA. FOEMINA.

ADEST aliqua audax muliercula, literarum expers, quæ à veſtris concionatoribus decepta, de Libero arbitrio diſputare nõ erubeſcat? IDI. Sagaciſſimę & nobiles hîc adſunt: quæ Euãgeliũ ſequẽtes, ſic à Domino eruditæ ſunt,

vt doctiſſimis ſcholaſticis ſilentium plerũque imponant. CAM. Enixè obſecro, accerſiri aliquam illarũ cures. IDI. Ecce iam vna adeſt. FOEM. Quid à nobis mulierculis vt quæreres, huc veniſti? CAM. Audiui famam, multas mulieres ciuitatem hanc habitare in ſcriptura eruditas, quæ nõ modò de Libero arbitrio diſputare, ſed cõcionari etiam vel in cubiculis, vel in platea quoque audent. FOEM. Quid nobis tecũ? CAM. Ne graue ſit, quęſo, proprio ore cauſam afferre, cur Liberũ arbitrium negetis. FOEM. Pauli doctrinam ſequimur. CAM. Qua in re? FOE. Deum omnia in omnibus operari.† CAM. Fateor, ſed ſecundũ motum eorum in quibus operatur, ſuauiter omnia diſponens.† Sic enim Deus, qui maximè liber eſt, agit, ita vt aliter aſinam Balaham, abſque rationis arbitrio loqui fecerit: aliter pueros, vſum rationis non habentes, moueat: aliter adultos Liberum arbitriũ habentes, in quibus ſi aliquid præciſe vult, Dominus eſt, qui nos volentes facit, ſed nunquã iniuſtè aliquid velle poteſt:† hominémq; liberiorem efficit, ſiue opus naturale, ſiue morale, ſiue meritorium vitæ æternæ, homo ipſe in via operetur: ſiue quodcunque aliud, poſtquã corpus fuerit glorificatum. FOEM. Heu me miſeram, quid iſtud? CAM. Meminiſſe te autumo, Liberi arbitrii hominem eſſe, in his, quæ natura præſtat: exempli gratia, vineas plantandi, domos ædificandi, comedendi, eſuriendi, vel id genus reliqua.† FOE. Sic Au-

Deus omnia in omnibus operatur.

† 1. Cor. 12.

† Sapien. 8.

Quatuor hominis libertates.

† Aug. de gr. & libe. arb. cap. 21.

Prima libertas in opere naturali.

† Hy. 3. col. 4.

guſtinum tenere ſæpe Caluinus prædicauit. CAM. Putas tunc abſque Deo hominem operari? FOEM. Omnino. CAM. Longè à veritate abes: ſiquidem in his omnibus generalis Dei affluentia adeſt, qui
†Heb. 1. a. omnia verbo veritatis ſuæ portat†. & tamen cum hoc generali influxu, Liberum arbitrium (ſecundum Paulũ) concurrit: qui de ſe ipſo teſtatur, poteſtatem ſeſe quærendi victum à Corinthiis habere,
† 1. Cor. 9. c ſed illa minimè vſum fuiſſe:† tenes iſta? FOE. Teneo. CAM. Reſponde rurſum, an ab eodem Caluino edocta fueris, Liberi arbitrij hominem eſſe, ad opus morale perficiendũ? FOE. Sæpe hoc quoque audiui. CAM. Quid hac de re ſentis? nũ ſolum hominem abſque Deo, vel cum ſola generali affluentia operari: an verò ſpeciale auxilium, quod Liberum arbitriũ moueat, requiratur? FOE. Quid me de his interrogas? tu ſolus Scotiſtarum rumores, cum Thomiſtis, nõ audiſti? CAM. Quos? FOE. Palàm ſanè Scotum Thomiſta quidam accuſat, quem Gallica lingua deſcriptum legi: quinetiam Pelagianum eundem propterea vocat, quòd opus morale, ſolo influxu generali accedente, cum merito congrui, vt vocant, conſummari poſſe affirmauit. CAM. Quid tibi cum merito? nónne vos omne meritum, tam id quod vocant de condigno, quàm quod de congruo, negatis? FOE. Pergratum mihi feceris, ſi quid de hac re ſentias, dum Caluinus abeſt, ediſſeras. CAM. Longum ſermonem habere de hac re neceſſe eſſet, & facilè Caluinus ad-

2. libertas in opere morali.

uentu ſuo colloquium noſtrum poſſet interrumpere. FOE. Poteris tunc ſilere. interim verò rem omnẽ narra, nec longitudo ſermonis te ab hoc maximè pio officio abducat: nõ enim ita prolixus eſſe poterit, quin breuiſsimus atque dulciſsimus mihi videatur. CAM. Nemo quidem cordatus homo iſthuc negare audebit: hominem nimirum, poſſe abſque merito æterno, morale opus aliquod bonũ operari, Paulo dicente, Abraham, ex his operibus gloriam inueniſſe, ſed non apud Deum.† Auguſtinum legant docentem, multa mandatorum quoque opera iniuſtos homines operari abſque merito poſſe: eaſdémque pœnas cupiditate perpeti: quas iuſti ob ſolam charitatem patiuntur.† FOE. Hoc illius ſtomachum conturbat: quòd meritum de cõgruo, huic operi, abſque auxilio ſpeciali Scotus tribuit, ita vt gratia ſequens debeatur: quòd Pelagianum eſſe mordicùs contendit. CAM. Sic quoque Caluinus fecit, quando contra Pighium† magnum catalogum ſententiarum Auguſtini coaceruauit: vetans, ne dicamus voluntatem noſtram aliqua in re, ipſam gratiam præcedere. Atqui omnis labor, & multiplex argumentorum oppoſitio, noſtræ parti profuit. Satis tibi hodie ſit, filia dilecta, liberum eſſe hominem ad bonum morale agendum, ſicut Paulus docet, agnoſcere. An autem bonum opus, morale propterea dici non poſſit, quia omne id quod extra fidem eſt, peccatum potius ſecundum vos dici debet: itidem an auxilium gene-

† *Roma.* 4. a

† *Con. Iuli. lib* 4.

† *Cal. con. pig. à pag.* 100. & 121 *vſque ad finem illius lib.* & *li.* 5. *pa.* 168. 169. 170.

rale ſufficiat: an verò ſpeciale neceſſarium ſit, cum Caluino fuſiſſimè agam: ac tunc iſta audies. FOE. Cur id mihi denegas? CAM. Duplex ratio id me facere cogit: tum ſcilicet ne libri methodum turbemus: tum etiam, quia horum capacem te non exiſtimo: & multa Caluinus allaturus eſt argumẽta, quæ tu omnino ignoras. Quod autem ad congruum attinet: quia in libro de prædeſtinatione Sotum plenè diſſerentem audiuimus: ea legere poteris, quæ in libro illo continentur. FOEM. Tertiam ſaltem libertatem adde in opere iuſtitiæ meritorio. CAMER. Hoc toto libro primo tractamus, & cum eodem Soto: præterea nihil. FOEMI. Vbi aliter fieri non poſſit, quartam ne prætereas. CAM. Paulus illam in epiſtola ad Romanos declarat†, inquiens, Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. FOE. Indigna ego ero, quæ ante Caluini aduentum aliquid audiam? CAME. Quieſcamus paululum, vt in ſequenti capite huic honeſtæ petitioni tuæ ſatisfacere queam.

3. libertas in opere meritorio.

4. libertas in patria.

† Roma. 8. d

CAPITIS QVARTI, §. PRIMVS.

Suapte voluntate hominem velle, id quod gratia duce vult, ipsæ quoque mulieres docentur, vt eo modo, quo possunt, hoc intelligant.

FOEMINA. CAMERARIVS.

HANC temporis opportunitatem nacta, quasdam difficultates quę mihi occurrunt, narrabo. CAME. Incipe illas recensere. FOEM. Hoc in primis scire cupio, an gratia assistente, nostra voluntate bonum meritorium velimus, eligamúsque. Sæpe equidem quosdam concionatores audiui, qui verba illa orationis Dominicæ ponderantes, Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra: omnem voluntatem à nobis exclusam esse palàm docebant. CAM. A Deo initium & finem fidei petimus, vt eo donante, credamus, ac pro eo patiamur. FOE. Ita est. CAM. Et tamen nos sumus qui credimus, atque volẽtes libero cum arbitrio tourmẽta patiamur: quæ vt ita eueniant, nouam perseuerãtiæ gratiã, omnes qui fideles sumus, à Domino petimus.† FOE. Aliquod affer exemplum. CAME. Credere nostrum ex Deo est: nónne? FOEM. Dei opus est vt credamus.† CAM. Virtutem scilicet præstando, vt nos credamus: quandoquidem fide Deus ipse caret. & quanquam omnia in omnibus faciat,

Fiat volũtas tua.

Exempla quibus mulieres quoque edoceri poßunt.

†*debo. pers. 2. & 3.*

†*Ioan. 6.*

†*De præde. sanc. cap.* 3 non tamen omnia in omnibus operatur:†ita vt habitus fidei ſolius Dei ſit, actus autem ſimul & noſter, qui inſolidum cum gratia cooperamur†. FOE. †*Infrà cap. ſeq. & 10.* Clariora teſtimonia audire optarem. CAM. Sæpe quidem ſcriptura inquit, Fides tua ſaluũ te fecit: † †*Mar. 5. c.* †*Matt. 15. c* Magna eſt fides tua.†Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti†. †*Mar. 9. c.* quibus ſi alteram Pauli ſententiam addamus, Fides Dei donũ eſt,†perſpicuè cernes, †*Ephe. 2. d.* habitum Dei eſſe, actum autem ſimul & noſtrum. FOE. Vnum teſtimonium afferre placeat, à quo edoceri poſſim, Dei eſſe virtutem, voluntatem autem ſuapte natura hominis volentis. CAM. Dic filia, Angelo loquente, Maria abſque gratia erat? †*Luc. 1. c.* FOE. Aue gratia plena, illi Angelus dixit.† CAM. Quid illi angelus nuntiauit? FOE. Verbi incarnationem, ſecundum voluntatem Dei. CAM. Statim Maria ea voluntate volens, quæ ex ipſa non erat, ſed ex Deo, Angelo reſpondit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum? FOEM. Magno interuallo ſubſtitit: inquiens, Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? hoc eſt, cognoſcere nolo: ita vt cogeretur Angelus modum ei oſtendere, quo virginitate retenta, Dei mater fieret.† †*Luc. 1. d.* CAME. Ex his igitur expende, voluntatem Mariæ fuiſſe, & cum libero iudicio poſt illud interuallum iudicaſſe, tametſi gratia plena eſſet. Oſtendunt quoque hoc, tot ſancti patres, qui totiens Deo quodammodo reſiſtentes, diuerſa verba non reſpondiſſent,†vbi voluntas ex nobis non †*Ex. 4. c. d. cum ſimil.*

Mariæ liberum arbitriũ in verbi incarnatione.

esset. FOE. Post hominis casum, non nisi ad Gratiam suam pertinere voluit Deus, vt homo accedat ad eum: neque nisi ad Gratiam suam pertinere voluit, ne recedat ab eo.† CAME. Probé. FOE. Sola est igitur eius Gratia, quæ nos discernit: & (vt Augustini verbis concludam) voluntas humana non libertate gratiam, sed gratia libertatem consequitur. † CAME. Caluini verba ista sunt,† ex diametro eius scopo contraria: quandoquidem Augustinum sequimur, & nos, vt à Gratia libertatem operandi meritoriam, iustitiam habeamus: à natura verò libertatem arbitrij, tanquam generale donum consentiendi & dissentiendi, nobis à Domino col latum: † ita vt in gratiæ aduentu, Liberum arbitrium, liberius efficiatur.† Sic enim Augustinus semetipsum declarat: vt ante gratiæ aduentum, & post, homo & peccare, & non peccare possit: ne Liberi arbitrij hominem esse neget.† FOE. Vis videre, quomodo nos volumus, sed voluntas ex nobis non est? Pauli verba pondera, cùm ait, nõ posse nos quasi ex nobis aliquid cogitare.† CAME. Mox tamen addidit, Sed sufficientia nostra ex Deo est. Vbi bellè vides, nostram esse sufficientiam, quæ ex Deo est. Quid istud? nisi declarare, nos esse, qui propria mente & voluntate, bonum meritorium, quasi ex Deo Gratiam infundente, cogitamus? ita vt virtus solius Dei sit, opus autem commune.† Perpetuò nanque gratia præcedit, & si quę iustificationes sequuntur (vnde meritum) gratiæ illas attri-

Hominis status, post originale peccatum quoad gratiam Dei

Libe. arbi. Dei donũ generale.

† *de bo. pers cap. 7.*

† *cor. & gr. cap. 8.*

† *Anti. pag 184. 185.*

† *Aug. in ser. de tẽp. ser. 44. in ser. 2.*

† *Infra. c. 7*

† *Aug. in ser. de tempore ser. 191. in sermõe de Tri. ser. 3.*

† *2. Cor. 3. b*

† *Infra. c. 10.*

†Infra. c. 10. buimus: quæ nos ſecum cooperari condonat.† Non quidem ſophiſmatibus (ſicut veſtri concionatores nos facere falſo prędicant) ſed innumeris ſcripturæ teſtimoniis hoc docemus: quæ Auguſtinus longiſſimo indice in ſuo Hypognoſticôn libro coaceruauit†, palàm docens, maledictũ eſſe hominem illum, qui in ſpe brachij ſui confidit: ſiquidem tunc à Deo ſe auertit.† Illum verò benedictum, qui ſuapte voluntate agens, in Domino gloriatur.† FOE. Aliud ſolue argumentum, & ſilebo. CAM. Perge. FOE. Pauli certè verba hæc ſunt: Viuo iam non ego, viuit in me Chriſtus: crucifixus ſum Chriſto, & Chriſtus mihi.† quibus fit, vt ſic cùm operor, vel oro, me dicere oporteat, Operor nõ ego, operatur in me Chriſtus: Oro iam non ego, orat in me Chriſtus. CAME. Teſtimonium tibi perhibeo, quòd emulationem Dei habeas, ſed non ſecundum ſcientiam.† FOE. Hoc inquiro, vt hanc me doceas ſcientiam. CAM. Potuítne Paulus apertius loqui, quàm cùm dixit, Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus?† & tamen ſic verba iſta interpretamur: quòd Spiritus, ſicut oportet, nos faciat orare, ne dicamus ſpiritum patre inferiorem eſſe, quem orat. Ecce iam vides, virtutem, qua prout oportet, oramus, Dei eſſe: orationem autem, qua, eadẽ virtute comite, ipſum Deum precamur, & noſtram: quandoquidẽ ſpiritus noſtram infirmitatem adiuuat,† dum in noſtris orationibus, ſuum ſpiritum ſubminiſtrat.† FOE. Non quidem

Marginal notes: †lib. 3. — †de gra. lib. arb. c. 4 — †paulò poſt. — †ad Galat. cap. 2. d. — †Rom. 10. a — †Roma. 8. e — †Roma. 8. e — †Philip. 1. c

Viuo iã nõ ego, viuit in me Chriſtus.

Quẽ in modum Dei & hominis, ipſa oratio ſit.

hoc ferre possum, nos tanti hominẽ facere, vt non absque eo Spiritus operetur. CAM. Memor verborum illorum es, quæ in Canticis legimus: Misit Deus manum suam per foramen, & ad tactum eius intremuit venter meus: & surrexi, vt aperirem dilecto.† FOE. Memini. CAM. Quid igitur ponere manum, quid tangere, aliud est, quàm à Deo solo moueri? Quid illud intremuit, nisi Pauli motũ designare, quando timẽs & tremens, respõdit, Domine, quid vis me facere?† ad quem Dominus, Surge & vade. Surrexit autem Paulus adiutus, non solùm corpore, sed etiam animo: motum cõmonstrans, quomodo alter aperuerit dilecto, libero nimirũ cũ arbitrio à Dei gratia moto atque adiuto. Ita vt nec solus Deus, nec solus homo: sed vterque insolidum idipsum agat.† Sic tamen totum homo, quia totum à gratia habet, quemadmodum suo in loco fusiùs dicemus†. vis esse docta, filia dilecta? FOE. Vtinam Deus id mihi condonet. CAM. Sapientem Salomonem magistrum accipe: vnicam sententiam ab eo discens, & protinus docta eris. FOE. Quam? CAM. Mulieris officium esse, fusum capere & nere.† FOE. Siccine me illudis? omnésne mulieres literarum expertes sunt? omnes præterea fusum in manibus habere decet? CAME. Neque cum illis loquor, quæ Latinas literas norunt: neque nobilissimas mulieres fusos torquere compello: sed illas verbosas mulieres damno, quę paucis malè auditis, plateas circumeunt, alienásque

Deo præueniente homo cooperatur.

Mulierum temeritas.

† *Can. 5. b.*

† *Act. c. 10 a. b.*

† *Infrà c. 10.*

† *c. seq. & 10.*

† *Prou. 31. b. c.*

domos perturbant, ac concionãdi officium in hypocaustis, in cubilibus, & in commessationibus, Paulo contradicente, susceperunt. Et cùm disputare nesciant, litigare tamen loquaciter non desinunt. FOE. Cur tanta accensus ira in pauperculas mulieres inueheris? CAME. Non quidem liuore moueor, sed potius paterna pietate erga te vtor: vt dimissis his curis, quæ supra ingeniũ tuum sunt, ad sobrietatem sapere velis. Siquidem tunc Christo crucifixa eris, cùm deposita hac temeritate, atque humillima facta, propriam crucem, ad quam vocata es, vel filios parturiendo, vel virginem tuã Christi amore conseruando, sustinebis, vt Christi crux, tua inde fiat: crucifixa quoque mundo eris, & mundus tibi: quando omni ornatu superfluo dimisso, nec vt mundus tibi, nec tu mundo placeas, studueris, sed assiduis orationibus vacaueris. FOE. Propriam salutẽ nos fœminæ ignorabimus? CAM. Minimé. FOE. Quid igitur faciendum? CAME. [a]Deum vt intelligas, ora.† FOE. Quid si nihil reuelat? CAM. In eo in quod peruenisti, ambula†. FOE. Interdictúmne est, vt homines consulamus? CAM. Nequaquam, modò pastores, non autem aberrantes oues, quid tibi credendum sit, consulas. FOE. Quid si Latinas literas didicero, licebítne tunc de Libero arbitrio disputare? CAM. Non modò tibi hoc suasum velim, [b]sed cuiuis etiam doctissimo viro, ne de Libero arbitrio ausit disputare. magis autem ea duntaxat, quæ scripta sunt, atque in futu-

† Philip. 1. c. Aug. de gr. & libe. arb. ca. 1. & 24.

† Philip. 3. c. Aug. de gra. & li. ar. c. 1.

[a] Quẽ ĩ mo dũ indocti, libe. arbi. scire elaborare debent

[b] Docti quoque viri, studendo non autem frustrà disputando, liberi arbitrij quæstionem determinare in eorum mẽte debent.

rum ſcribentur, ſecum in animo conferre. FOE. Quã ob cauſam? CAM. Plures enim articulos Liberi arbitrij controuerſia cõtinet, qui non poſſunt vnica concertatione abſolui: quocirca ſatius erit, maturè in cubiculo cũcta perpendere, quàm diſputando fruſtrà aërem verberare.

CAPVT QVINTVM.

An ſuapte voluntate, quæ ex homine ſit, gratia aßiſtente, homo ipſe velit, cum Caluino fuſius hoc loco diſputatur.

CALVINVS. CAMERARIVS.

Cauſa ob quam Proteſtãtes coacti ſunt liberum arbitriũ negare.

TVRPE quidem docto viro eſt, cum Idiotis & fœminis de Libero arbitrio diſputare. CAM. Vos quidem tanti huius mali authores eſtis: qui propter multa impedimẽta, quæ nouo Proteſtãtium Euãgelio, Liberum arbitrium afferebat: nõ ſolũ illud negare coacti fuiſtis: verumetiã, ne plebs dolum hũc veſtrum animaduerteret, nuſquam in quo Liberum arbitrium conſiſtat, exponere voluiſtis: immò potius omnia confundere ſtuduiſtis: quaſdam falſas ſententias idiotas & fœminas docentes, vt vobiſcum vna pereant. Ego verò contrà, cùm ſapientibus & inſipientibus debitores ſimus, id ſupplendum duxi, quod vos ad fallendum imperitam plebem prætermiſiſtis.

CAL. Quòd liberi arbitrii Romanensium definitionẽ illas docueris, parui refert: sed quòd vni mulierculæ, voluntate, quæ ex nobis sit, gratia asſiſtẽte nos velle, perſuadere conatus fueris: hoc perniciosum fuit. CAM. Ea illi commonſtraui, quorum capax eſſe poterat, palàm ei profeſſus tecũ me hac de re fuſiùs cõcertaturum. Poteris itaque mulieris loco, quicquid occurrerit, ſupplere. CAL. Quis in aduentu gratiæ dicere audebit, vt voluntate, quæ ex nobis ſit, velimus? Auguſtino dicente, Idcirco hominem hoc vel illud bonum facere, quia Deus in ipſo facit: ideo velle, quia Deus in ipſo vult: non autem, quòd homo voluntate, quæ ex ipſo ſit, bonum æternum velit.† CAMER. Ex officina tua addis, voluntatem ex ipſo homine non eſſe: cum illis errans, quibus placuit, non ignem, ſed primam cauſam in igne calefacere: non aquam, ſed primam cauſam in aqua humectare: ſpirituali ſaltem aliqua virtute accedente. CAL. Quid tu Auguſtino reſpondes? CAM. Ego priùs te rogabo, an Deus hominem cogat. CAL. Coactionem excludo.† CAM. Conſequens igitur iſtud Pauli, ex his quæ fateris, emergit, vt dicamus: Non habens neceſſitatem, poteſtatem ſuæ volũtatis habet.† CAL. Voluntatem aut ſpontaneam, aut coactã eſſe oportere, obſeruandum eſt. CAM. Quid per coactionem intelligis? CAL. Eam coactionẽ eſſe aio, quæ non ſponte ſua, nec interiore intellectionis motu, huc vel illuc inclinatur; ſed externo motu

Voluntatẽ ad bonum, ex nobis eſſe, Proteſtãtes negãt.

1. argu.

† con. Pigh pag. 227. anti. ſeſſ. 6

Origo erroris Proteſtãtiũ circa hominis voluntatẽ.

† Con. Pigh pag. 66. Inſti. cap. 2

Coactionẽ Caluinus excludit.

† 1. Cotin. 7

Caluini ſophiſmata.

violenter fertur.† CAME. Quid per ſpontaneam? †*Con. Pigh.*
CAL. Spontaneam dicimus, quæ vltrò ſe flectit 66.
quocunque ducitur, non autem rapitur vel trahitur
vltró.† CAM. Quid iſthuc eſt, vt nunquam †*vt ſuprà.*
Caluini cõtradictio. tibi ipſi conſtes? Libro enim tertio cõtra Pighium,† †*pag.* 105.
dum cum Augu. verba illa Domini interpretaris, Nemo venit ad me, niſi pater traxerit eum: mordicùs ponderas, quòd non duxerit, ſed traxerit: hîc verò, vt non trahatur, ſed ducatur. CAL. Quid tandem Auguſtino reſpondes? CAM. Nemo enim
A Deo nobis eſt vt declinemus à malo eſt qui neſciat, à Deo nobis eſſe, vt declinemus à malo, & faciamus bonum.† interim tamen ſuapte †*cor. & gra. ca.* 2. *et* 2. *cor. cap.* 13.
voluntate ipſe homo bonum cooperatur. † CAL. Quo authore loqueris? CAM. Oramus autem ad Deum, (Paulus inquit) ne quid faciatis mali: non †*de gra. & lib. ar. ca.* 20. & 21.
vt nos probati videamur, ſed vt vos, quod bonum eſt, faciatis †. audi, ad Deum: audi, vos faciatis. Et
alibi Auguſtinus: Nos autem dicimus humanam †2. *cor.* 13.
voluntatem ſic diuinitus adiuuari ad iuſtitiam, vt præter quòd creatus eſt homo cum Libero arbitrio voluntatis, prætérque doctrinam, qua ei præcipitur quemadmodum viuere debeat, accipiat Spiritumſanctum, quo fiat in animo eius delectatio, vt vehementer cupiat hærere creatori. †Adiuuatur †*de ſpiri. et li. cap.* 3.
ergo humana voluntas per Spiritumſanctum, vt
Quomodo ſecundum Caluinum volũtas ſit noſtra. adhæreat Deo. CAL. Hæc ſit ſumma: perperam eos facere, qui ſic inter nos & Deum partiuntur, vt obedientiam piæ voluntatis, quæ Dei gratiæ aſſentitur, nobis aſcribant: cùm proprium ſit ipſius

†*Anti.p.* Dei opus.† CAM. Planè tamen eſt & noſtrũ, Au-
172. guſtino teſte, cùm ait, vt quid nobis prædicatur
atque præcipitur, vt declinemus à malo & facia-
mus bonum, ſi hoc nos non agimus: ſed id velle
& operari Deus operatur in nobis? Sed intelligant
ſi filij Dei ſunt, Spiritu Dei ſe agi, vt quod agen-
dum eſt, agant, non vt ipſi nihil agant: agunrur
†*corr.&* enim, vt agant, non autem vt ipſi nihil agant. †
gr.cap.2. CAL. Noſtra eſt voluntas, mens, & ſtudium: ſed
†*Cõ. Pigh.* à Dei Spiritu diriguntur. † CAM. Ipſe greſſus no-
277. ſtros dirigit, dum ſuapte voluntate, proprióque Li-
†*Aug. e-* bero arbitrio, nos ambulamus.† CAL. Quanquam *2. Argum.*
piſt. 47. certo modo ipſa volũtas noſtra dicitur, à nobis ta-
men originem non habet: ſed Spiritus illam ope-
†*Inſti. pa.* ratur in nobis. † ad illum ſanè modum, ſecundum
53. quem panem quotidianum noſtrum vocamus, dũ *Panem no-*
†*Ant. ſeſs.* vt detur oramus. † CAME. Aliud eſt, extrinſecus *ſtrum quo-*
6. panem aduenire, quem noſtrum ea ratione voca *tidianum*
mus, quia miſericorditer ſe illum daturum Deus *da nobis.*
promiſit: quaſi orando dicamus, Panem tua miſe-
cordia promiſſum, noſtrum hodie faciendum da.
Aliud verò, gratiam extrinſecus, quæ internas vi-
res corroboret, aduenire: tũc enim potentiã volun-
tatis noſtræ in aduentu charitatis roborando, ef-
ficit, vt quæ prius noſtra voluntas, ſed debilitata
erat, gratia aſſiſtente, bene velit, operetúrque, *Voluntatis opus, quo-*
† *ſupra ca.* quemadmodũ paulò antè docuimus.† CAL. Aut *modo Dei*
3. Deio pus, aut noſtrũ ipſa bona voluntas eſt. CAM. *et hominis*
Omnia noſtra verè ſunt: ſed ideo Dei & Chriſti *ſimul eſſe dicatur.*

dicuntur, quia eius largitate nobis donãtur.† CAL. *†De ſpi. & li. cap. 9.*
Sat eſt à Deo eſſe. CAM. Dei prædeſtinãtis fides
ſunt & opera, (Auguſtinus inquit) ſiquidem ipſe fidei donum infundit, ipſe quoque gratiã ad cooperãdum, Spiritum ſuum ſanctum in cordibus noſtris infundendo, largitur†. vtrunque tamen noſtrum eſt, propter arbitrium voluntatis: tametſi vtrunque datũ ſit per Spiritum Dei & charitatis.† Et alio in loco: Nuſquã legimus in ſanctis ſcripturis, Non eſt voluntas niſi à Deo: & rectè non ſcriptum eſt, quia verum non eſt. †Siquidem ipſe præparat voluntatem, ſicut ſcriptum eſt: A Domino præparatur voluntas, ſed vtrunque noſtrum eſt, quia non fit, niſi nobis volentibus: †ita vt hominis ſit præparare voluntatem, † qui à Domino præuenitur in opere, aptans eum in bono, vt faciat voluntatem eius: †non ſecus ac ſi dicamus: Hominis eſt animã præparare, non tamen abſque adiutorio Dei: †qui primã gratiam ſanantem infundit, vt gratia ſecunda comite mereamur: ſine qua nihil poſſet homo mereri. Deinde verò gratiam tertiam pro gratia dat, quæ efficit, vt præmium habeamus pro his meritis, quæ contulit gratia. Quocirca ſcriptura dicit, Gratia Dei vita æterna: quia his meritis, quæ gratia contulit, per Dei miſericordiam homini præmium redditur vitæ æternæ. †quod præmium dici minimè poſſet, vbi bona voluntas hominis non fuiſſet. Dicemúſne, ô Caluine, Deum qui ſolus trahit, contra prophetæ teſtimonium, no-

†Roma. 5.
†de præde. ſan. cap. 3.
†De ſpi. & li. cap. 31.
Præparatio voluntatis.
†de præde. ſan. cap. 3.
†Prouerb. 16.
Sapien. 6.
†Heb. 13. c.
†Aug. con. du. epi. li. 2. cap. 8.
†de Cor. et gra. c. 13.

†Nahū.c.1 lentem hominem iustificare?†an potiùs ouis instar
† De verb. apo.serm.2 trahere, cui herba monstratur,†suas internas inspirationes in animam immittendo:vt eo deinde adiuuante velimus,non autem, quòd nouum voluntatis figmentum aliquod generetur,vt suo loco copiosiùs dicemus.† CAL. Augustini certè verba hæc sunt: Laborant homines,in nostra voluntate inuenire quid boni sit nostrum, quod non sit ex Deo: & quomodo inueniri possit,ignoro.† CAM. Apertiùs Paulus dixit,Quid habes quod non accepisti?† Sed cùm homo accipit, aliquid cū domino suapte voluntate operatur† CAL. Tantam esse virtutem Dei Augustinus inquit,vt nostra velit esse merita, quæ sūt ipsius dona:& pro iis quæ largitus est,æterna præmia sit donaturus.† CAM. O Caluine, cur notabiliter non palles, vt cùm placet, librum de Ecclesiasticis dogmatibus,Augustini esse dicas:cùm displicet,neges?Nónne puerorum ineptię hæ sunt? Condonem tamen hoc, modò Augustini verba, quæ euestigiò subiungit,nō excludas. CAL. Quæ? CAM. Agit quippe in nobis (ipse inquit) vt quod vult, & velimus & agamus: nec ociosa esse in nobis patitur, quæ exercenda, non negligenda donauit: vt & nos cooperatores simus gratiæ Dei. Quid illud nos?nónne voluntatem nostram ostendit? Non quidē Deum Catholici Theologi excludunt: immò sic Dei gratiā præferūt, vt palā prædicent, frustrà hominem absque Dei virtute operari:

Infra.c.7. & lib.2.c. 1. & 2. — *3. Argumētum.*

†De pecca. meri.lib.2. c. 18. *†1. Cor. 4.* *†Infra.c. 10.* — *Quartū argumentū.*

†De eccl. dogm.c.32.

Reprobat Caluinus scripturas prout prodesse vel obesse possūt.

& cum operatur, nihil adhuc agere, nisi idē Deus hominis opus acceptet. † Interim tamē suapte voluntate agere, Augustino teste, cùm ait, Nostrum est velle: sed voluntas ipsa & mouetur, vt surgat: & sanatur, vt valeat: & dilatatur, vt capiat, & impletur vt habeat. † CAL. Quid his verbis Augustinus sibi velit, non satis intelligo. CAM. Si voluntas nostra est, quæ mouetur, vt surgat: illa vtique in peccato dormiens excitatur: eadem sanatur: non autem creatur vt valeat: & creata dilatatur à Spiritussācti gratia, vt quod Spiritus absque ea vult, perficiat. Et alio in loco cùm verba Pauli declararet, Qui stat, videat ne cadat, † sequentia verba subiungit, Voluntate autem sua cadit, qui cadit: & voluntate Dei stat, qui stat. † CAL. Ergo Dei voluntate dūtaxat stamus. CAM. Dei, & nostra, quemadmodum sequentia Augustini verba docent: In cogitatione autem sua vel cadit quisque, vel stat †. Vbi bellè vides Dei esse virtutem, quæ efficit, vt suapte voluntate homo bonum velit. alioqui verba illa Augustini perpetuò dicere cogeremur: Rogamus planè ne in vacuum gratiam suscipiamus, per quam propriam perdimus voluntatem †. Sed quid si ego hoc vnum confitear, ô Caluine, quippe voluntatē bonā à peccato liberatā, Dei opus esse: num propterea dicemus, vt libera effecta volūtate, ipsa propter gratiam Dei, hominis esse desinat? Fabulæ, Augustino dicente, Noli mirari, si cæteris per liberam voluntatem vtimur, etiam ipsa libera volun-

† *Thom. li. 2. sent. di. 27. q. 1. ar. 3. in fin.*

† *de bono. viduit. c. 17.*

† *1. cor. 10. c.*

† *de bon. perse. c. 8.*

† *vt supra.*

† *de gratia & lib. arb. c. 5.*

†de lib.arb lib.2.c.19. tate per eam ipſam vti nos poſſe.† Vbi planè apertéque vides, quomodo libera effecta volũtate, homo liberatus à Chriſto, ipſa voluntate ſic liberata vtatur. Quid iſtud, Caluine? num penitus Auguſtini immemor es, qui ait, Non voluntate autem volumus, quis delirus audeat dicere?† Quid, Caluine, dicam? Amice, verba illa Auguſtini recenſebo, cùm ait: Datum eſt enim animæ Liberum arbitrium: quod qui nugatoriis ratiocinationibus labefactare conantur, vſque adeò cæci ſunt: vt ne iſta ipſa quidem vana atque ſacrilega, propria voluntate ſe dicere intelligant†. Dixerim hæc, vt videas quàm benè Auguſtinus tibi ſubſcribat, quem tuum eſſe vbique prædicas.

†de lib.arb lib.3.c.3.

† Aug. de. quanti.animæ.c.36.

CAPITIS QVINTI
§. PRIMVS.

Proteſtantes nouiſsimi cùm antiquiores conuictos eſſe cernerent, noſtra naturæ voluntate, qua bonum volumus, homines velle, ad aliud diuerticulum confugerunt: voluntatem quidem noſtram eſſe dicentes, ſed abſque electione.

CALNINVS. CAMERARIVS.

Nos voluntaté in homine eſſe minimè negamus: ſed eam liberã habere electionem, hoc inficiamur. Meminerimus ergo oportet, aliud eſſe voluntatem in homine, aliud liberã boni ac mali electionẽ adeſſe. Sublata enim poſt lapſum *Electio.*

primi hominis eligendi libertate, sola voluntas relicta est: quæ sub peccati tyrannide captiuata vsque adeò tenetur, vt non nisi ad malum feratur †. CAM. Quę noua scripturę testimonia hæc erunt, quibus has nugas probare queatis? Num vestra, vt legislatores quoque sitis? Augustinũ condemnantes, qui electionem, post Adami peccatum homini remansisse palàm testatur†? CAL. Liber ille minimè Augustini est. CAM. Augustini paulò antè erat hic liber, quem illius nunc esse negas. Augustinum quidem potiùs, quàm Augustini librũ negare, satius tibi esset. Sed quid? si Augustinus taceret, num Iosue Israëlitis optionem non dedit, vt deos Amorrhęorum, vel Israëlitarum colerent? † Num Elias Elisæo, vt pallio vteretur? † & istius modi generis innumera, quæ suis locis commodiùs in vnum congerentur. CAL. Si verba eiusdem Augustini ponderabis, soli gratiæ Dei Liberum arbitrium, Augustinum tribuisse facilè confirmabis. CAMERA. Nocte vna longissimum sermonem tuum in libro contra Pighium† accuratè legi: sed nil noui te attulisse comperi: cùm & nos quoque gratia initiari & perfici opus meritorium confiteamur: non tamen absque hominis Libero arbitrio, qui cum domino cooperatur†: quemadmodum, vbi de ipsa cooperatione agemus, perspicuè patebit. CAL. Ad rem redeamus, intelligentes an asserere liceat, ad bonum electionē ipsi homini remansisse. CAM. Cùm aliud Libertas ar-

Electio.

† *Insti. c. 2. et in Antidoto secti. 6*

† *De eccl. dogm. c. 21.*

† *Iosue. c. 24. d.*

† *3. reg. 19. d.*

† *pagi. 125 126.*

† *De eccl. dog. c. 21. de gra. & lib. arb. c. 21.*

bitrij ſit, hoc eſt potẽtiam conſentiendi atque diſ- *Aliud libertas arbitrij conſentiendi vel diſſentiendi: aliud in iuſtitia viuẽdi.*
ſentiendi habere: aliud libertas in iuſtitia viuendi,
atque iuſtè operãdi†. rectè proinde Catholici cen- † *Diximus ſuprà c. 3.*
ſent, hominẽ libertatem arbitrij, tanquam aliquid
ſubſtãtiale ipſi creaturę hęrẽs, omni tẽpore habuiſ-
ſe, libertatẽ inquã cõſentiendi vel nõ cõſentiendi:
tãetſi abſq; gratia libertatẽ iuſtè cogitandi, volẽdi,
atque operãdi nõ habeat†: quaſi hoc poſtremũ ope- † *vt ſuprà.*
ris, quid accidẽs ſit, quod à gratię aduẽtu prouenit.
CAL. Gratia ergo qualitas, accidẽs erit? CAM. Ipſi
gratię tanquã veræ ſubſtantiæ, atque totius operis
virtuti, omnia tribuimus: quæ vires ad operandum
homini præſtat, cùm in eo ineſt†. ſed conſiderato † *De ſpiri- et lit. c. 5.*
eius aduentu, ipſum aduentum accidẽs quoddam
vocamus. CAL. Interim ergo donec gratia adue-
niat, nulla libertas operãdi in homine poterit cõſi-
derari. CAM. Nũ pulſandi potentiã muſicus pro-
pterea nõ habet, quia cithara caret? CAL. Nequa-
quam. CAM. Itidem igitur de ipſo Libero arbitrio
ſentiamus, vt non quia gratia ad iuſtè operandum
caret, propterea Liberum arbitrium ei denegetur:
immò potiùs, vt ideò meritoriè non operetur,
quia gratia non datur: qua aſſiſtente, ſuapte vo-
luntate bonum cogitat, vult, & cooperatur. Memor *Caluini cõtradictio.*
eſto, Caluine, alibi te dixiſſe: In† Liberi arbitrij diſ-
putatione non hoc quęritur, an homini quæcũque
animo deliberauerit, perficere & exequi per ex-
terna impedimẽta liceat: ſed an in re qualibet libe-
ram habeat & iudicij electionẽ, & voluntatis affe-

ctionem.† quibus verbis adamussim ea omnia quę aduersum te attuli, perspicuè cōfiteris. CAL. Scripturæ testimonia affer, quæ dicant hominem suapte voluntate eligere, cùm, gratia assistente, bonum meritorium eligit. CAM. Paulum principio proferam, qui ait: Fratres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutē † Non autem dicit, Voluntas Dei in corde meo: sed dicit, Voluntas cordis mei, quæ Deum orat: & tamen non oraret, si à Deo Paulus, qui gratia habitáte fruebatur, ad orandū non excitaretur†. Vbi clarè vides hominem suapte voluntate liberam electionem in his quoque habere, quæ Dei virtute operatur. Augustinum deinde audi, qui historiam illam enarrans, quādo Arabes ascenderunt in terrā Iuda†, paulò pòst quærit, Nūquid sine sua voluntate venerunt? an verò mendaciter scriptū est, quòd Dominus ad id faciendum eorum spiritum suscitauerit? Immò vtrunque verum est: quia & sua volūtate venerūt: & tamen spiritum eorū Dominus suscitauit.† Quid est sua voluntate venire illum, qui à Domino suscitatur? nū voluntatē absque electione habere? Et alibi, Quomodo vis accipere gratiā diuinę bonitatis, qui sinū nō aperis volūtatis†? Dic, amabo, an aliud sit aperire sinū volūtatis, quàm ipsam voluntatem habere? Cæterum Augustini verba consideremus, cùm ait: Vt ergo velimus, sine nobis operatur: cùm autē volumus, & sic volumus vt faciamus, nobiscū cooperatur†. Pōderemus pręterea mi-

Scripturæ testimonia, quibus protestantium chimæra hæc excluditur, Augustino authore.

Instit. pag. 46.

† *Rom.* 10. *a*

† *Rom.* 8.

† 2. *paralipo.* c. 21. *d.*

† *De gra. et lib. arb.* c. 21

† *De verb. apo. ser.* 7.

† *De gra. et lib. ar.* c. 17

nimè Augustinum dixisse: Deus volũtatem in nobis, sine nobis operatur: sed vt velimus operatur: quasi nos simus, qui volumus Deo inspirante†. Et alio in loco, Quocũque auxilio & munere Dei, nõ aufertur Liberũ arbitrium: sed liberatur, vt de tenebroso lucidũ, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudente fiat prouidũ†. En Caluine, túne ille es, qui & tuum Augustinũ esse, & te, ne in vna quidem syllaba ab eo dissentire, scribis & prædicas†? Iam iámq; video palàm te Augustinũ negare: quod si feceris, dic obsecro, quid illa verba Christi significant, Nemo potest animam meã à me tollere, sed ego pono eam à meipso?† Num patre ei non parcente, pro nobis inuitus traditus fuit? absit: quia & de ipso dictum est: Qui me dilexit, & tradidit seipsum pro me.† Adest enim voluntas Dei, cùm nos volumus. Sed Dei voluntati nostra adiungitur: ita vt ipse incipiat, nos verò insolidum simul velimus. Ostendunt hoc verba illa, Sic oportuit Christum pati, & introire in gloriã suã.† Audi, oportuit: & tamen passus est, quia voluit, † obediẽtiam discens†: ac dicens, Ecce venio, in capite libri scriptũ est de me†. Ex quibus iam liquet quàm vana Chimęra hæc sit, voluntatem inesse homini, quæ non cogatur, sed absque electione necessariò ducatur. Quis te non rideat, ô mi Caluine, vt cùm vbique coactionem negaueris? deinde in tua Institutione dicas, Velit nolit homo, à motione Dei potiùs, quàm ab electionis nostræ libertate, pendet†.

† De corr. & gra. c. 1. vide lib. 2. c. 2.
† De eccl. dogm. c. 32.
† Sup. c. 2. et in lib. Caluini de præd.
† Ioan. 10.
† Gala. 2. d.
† Luce. 24. d
† Esai. 53.
† Hebr. 5.
† Hebr. 10.
Caluini cõtradictio.
† Insti. pa. 46.

CAPITIS QVINTI.

§. SECVNDVS.

Conuicti voluntatem atque electionem gratia aßistente, ex æquo hominē habere, ad aliud confugerunt diuerticulū: dicentes, hominē à gratia actum agere, dum hoc, non autem illud eligit: in quo grauiùs errant.

CALVINVS. CAMERARIVS.

TOTA nocte laborans nihil cepisti: atque illis similis factus es, qui propter testimoniū illud, Beatus qui potuit transgredi, & non est transgressus†: & alterū Pauli, quòd potestatē habuerit, qua vsus nō fuit†: liberā electionē, absque vlla necessitate, hominē habere cōtendunt. CAM. Nónne voluntas hominis in medio duorum tunc manebat? CAL. Māserit quid tum postea? CAM. In hoc liberum consistere hominis arbitrium paulò antè probauimus.† CAL. Non enim hoc quæritur, agátne voluntas, quod extra dubium est: sed agátne à seipsa, an pro modo diuinæ actionis: aut crassiore, si placet, loquendi modo, distinctáne ac separata sit actio voluntatis ab operatione Dei: an illi (quod aiunt) subordinetur †. Quis enim nescit per voluntatem fieri, vt velit homo? Sed Paulus cùm dicit Deū esse, qui operatur in nobis, velle & perficere pro suo beneplacito illic: voluntatē asserit Dei spiritu gubernari, vt ad bonum inclinet & aspiret: ideóque propriā esse eius actionē, si quid boni ani-

† *Eccl. 25*
† *1. cor. 9.*
† *Sup. c. 3.*
† *Insti. c. 2. & antid. sect. 6.*

mo cócipimus. Hoc enim respóso omnia arguméta
†vt suprà. tua soluuntur in fumū.† CAM. Dic quęso, Caluine,
num Saxones protestátes illi fuerint, qui hoc diuerticulū inuenerūt, vt nos, non tamé volūtate quæ ex nobis sit, velimus? CAL. Saxones. CAM. Age vt vel vnā ficum mihi dent? CAL. Da tu illis Italicum Solem. CAM. Sol ergo & arbor ficum producunt? CAL. Sol in arbore. CAM. Contrarium Christus, Luca teste, docet: quòd arbor ex se ficum producat: tametsi non absque Sole illam producere possit†.

Nostri voluntate acti agimus.

†Lucæ. 13. b. Vnde haurire poterimus, ex nobis voluntatem esse, virtutem verò Dei: cùm meritorium opus insolidum cum gratia cooperamur, non autem, quòd
† Psal. 17. acti agamus. Sic enim Deus virtute præcinxit Da-
de gra & lib. arb. c. 21 uidé ad bellū, dum ipse propriis brachiis suaptéque voluntate certabat†. Sic quoque mirabilis est Deus
†psal. 67. g in sanctis suis, qui dat virtutem & fortitudinem
†Aug. epi. 47. plebi suæ†: ipsi verò suapte voluntate certant, re-
†Infrà cap. 10. ctos facientes cursus pedibus suis: † non soli, sed
† Cal. con. pigh. pag. 187. gratia duce, qua cum, bonum opus cooperantur.† quæ animaduertens Augustinus, illam sententiam subiungit, quam tu approbare soles, †Si merita es-
†de gra. & libi. arb. c. 6. se nostra ita intelligantur, vt Dei dona esse dignoscantur, non est improbāda sentétia ista: † Audi no-
†De eccl. dog. c. 32 stra merita, audi Dei dona: & dic virtuté esse Dei, opus autem insolidū vtriusque. CAL. Nostra sci-
†de gra. & lib. arb. c. 5. licet, eius liberalitate.† CAM. Fateor modò euestigio gratiæ omnia tribuēdo, dicas, vt nec solus Deus nec solus homo meritoriū opus consūmet:† quādo

Caluini cōtradictio.

Nec solus deus, nec solus homo.

quidem ſic Liberum arbitrium nos confiteri oportet, vt Dei auxiliũ imploremus†, Paulo teſte, quando ab Epheſiis petiit, ne in ſuis tribulationibus infirmarentur. pro quo & ipſe orauit: quaſi petendo, illorum voluntatem exegerit: & orãdo, Libero arbitrio gratiæ auxilium coniunxerit†: non autem vt acti nihil ex ſe cum Libero arbitrio agentes agant. Qua in re Auguſtinum, quem tuum eſſe ais, audiamus, cùm ait: Nõ ſe ergo fallant qui dicunt, Vt quid nobis prædicatur atque præcipitur, vt declinemus à malo, & faciamus bonum, ſi id velle & operari Deus operatur in nobis? Sed potiùs intelligant, ſi filij Dei ſunt, ſpiritu Dei ſe agi, vt quod agendum eſt, agant. aguntur enim, vt agant: non vt nihil ipſi agant†. CAL. Sed voluntate, quæ ex Deo eſt. CAME. Dei virtutem adeſſe omnes fatemur: quæ etſi hominem mouet, motum tamen ſuum homini minimè aufert†. ad quod, audi rogo, quid Auguſtinus ſubiungit: Et ad hoc eis oſtẽditur, quid agere debeant: vt quando id agunt, ſicut agendum eſt, id eſt cũ dilectione & delectatione, iuſtitię ſuauitatem, quam dedit Dominus, vt terra eius daret fructum ſuum, accepiſſe ſe gaudeant†. Quis tunc diligit? num Deus? Quis delectatur? num Deus? CAL. Homo. CAM. Si homo, nónne ipſe eſt, qui poſt infuſam charitatem, Deum corde proprio redamat, qui potens erat vel nullo modo facere, vel inuitus, id eſt abſque charitate cum Paulo facere†? Auguſtinũ rurſum audi, qui vbi magnũ catalogum

† De verb. apo. ſer. 7

† De verb. apo. ſer. 7.

† De corr. et gra. c. 2.

† infrà c. 10

† De corr. & gra. c. 2

† Infra. c. 9.

† 1. Cor. 9.

ſcripturarum ad probandum Liberum arbitrium congeſſiſſet, hoc nobis declarauit: nempe, nullum ſcripturæ teſtimoniũ, quod Liberum arbitrium ſtatuat, gratiæ Dei locum adimere: contrà verò, nihil abſque hominis voluntate perfici †. Ad hæc aurea illa verba Auguſtini conſideremus, cùm inquit, Fidem ſeruaui, opus eſt. Cùm verò ſubiũgis: Supereſt mihi corona iuſtitiæ, merces eſt. ſed in mercede nil tu agis: in opere non ſolus agis, Corona igitur tibi eſt ab ipſo, opus autem abs te, ſed non niſi ipſo adiuuante.† Audi, abs te. Cui ſententiæ & illa accedit: Sua dona coronat, cùm opera noſtra coronat.† Sed quid coaceruandis teſtimoniis, atque Auguſtini ſententiis laboro? Paulo dicente, Spiritum noſtrum à Spiritu Dei agi†? CAL. Duci, græca editio habet†, quam ſequi debemus, Apoſtolo alibi dicente, Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. † CAM. Hi fructus græciſſationis veſtræ ſunt, vt non erubeſcatis Spirituiſancto, à quo editionem vulgatam habemus, poteſtatem denegare: ex pluribus eiuſdem verbi ſignificationibus, vnã eligere poſſe. Sic græci codices habent, ἄγομαι, quod duci, agi, moueri, & impelli dicitur. At quid ſi græcã editionẽ, quæ dicat duci, ſequamur, num Liberũ arbitrium & voluntatẽ, quin ex nobis ſit, auferret? Sanè non. ſiquidem Chriſtus ductus eſt in deſertum, Liberum arbitrium perfectiſſimũ habens.† Vulgatæ tamẽ ſtandum eſſe, Paulus docet, qui alibi declarat, adiuuãdo infirmitatem noſtrã iſthuc fieri†, dum quaſi ma-

Margin notes (left): † De gra. et lib. arb. c. 1. & 4. — † Hom. 14. tom. 10. — † Epiſ. 105. & home. 14. tom. 10. — † Rom. 8. — † Cal. in loco citato. — † Gala. 5. c — † Matth. 4. a. — † Rom. 8.

Margin notes (right): *Gratiam à libero arbitrio & è cõtrario, nũquam in meritorio opere diuellimus: quãdo altera alterũ perpetuò præſupponit.* — *Spiritus noſter dei ſpiritu agitur.* — *Vanæ Proteſtantium græciſſationes.*

nu, lumine lucis Christi ducimur, & cum eo volentes ambulamus. Sic enim cùm trahimur, volentes ea volũtate trahimur, quæ ex nobis est, vt suo loco dicam †. CAL. Si Spiritu Dei secundum editionem vulgatam agimur, nequaquam ergo nos agimus, sed agimur. CAM. Agis, & ageris, Augustinus respondet. † CAL. Non tamen Paulo respõdebit, cùm ait: Deus est, qui operatur in nobis velle & perficere pro suo beneplacito †. CAM. Idem hoc quoque loco dicendum erit. est enim εὐδοκία, quod verbum interdum beneplacitum transfertur, interdũ bona voluntas: nec in Græco est verbum quod voci, suo, respondeat. Ast quid si in Græca editione aliud accipiatur, aliud verò in vulgata? quid tum deinde? Nónne tum hũc Pauli locum maximè obseruare vos Protestantes deberetis, cùm aperto ore vulgatam editionem perpetuò excludere conamini? Videmus nanque in editione Græca, pro suo beneplacito legi: vulgatam verò editionem, pro bona voluntate, habere: Spiritu sancto id iubẽte, vt vtroque modo ad nostram doctrinam legatur. CAL. Vnde hoc hauris? CAME. Quid enim verba ista significãt, si pro suo beneplacito legamus? nũ quòd solus Deus in nobis velit, & pro suo beneplacito operetur? Nequaquam: sed quòd det velle & operari pro beneplacito suo, vt id quod ei placet, & cũ dare placet, agamus. Sic enim intelligẽdo, Dei virtutem esse Paulus docet, quã pro beneplacito suo in nos infũdit, vt non solũ potentiã ad volendũ, sed actu quoque

Agis, & ageris.

Deus operatur in nobis velle et perficere pro bona voluntate, quomodo intelligatur.

† *Infrà. c.* 8.

† *De ver. apo. ser.* 13. *col.* 6.

† *Sic Caluinus vertit.*

velle habeamus, dũ cum eo nos ipſi volũtate, quę ex nobis eſt, volumus, & cooperamur, Auguſtino teſte, qui ait: Fides gratiã impetrat, vt poſſint eſſe hominis opera bona: quæ haudquaquã ſolus Deus in homine, ſed cũ homine operatur, interea dũ fides per dilectionẽ cooperatur: †charitatẽ illã pręſignãs, quam Spiritusſanctus diffũdit abũdè in cordibus noſtris, vt hanc habeamus bonam voluntatem. † Magno tamen cum prouentu vulgata editio habet, pro bona voluntate: vt vtraque editione coniuncta, cum Auguſtino in hunc, qui ſequitur modum, dicamus: Ab ipſo velle habemus, qui vocat & illuminat (pro ſuo beneplacito) ab ipſo & perficere, pro bona voluntate, (cùm Dei, tum noſtra) quaſi ad nos pertineat conari, dona, quæ velle donauit†. Quid igitur eſt editiones varias eſſe? num ſubſtantia alia, ô vos qui græciſſatis? Num cõtraria? Cur, neglectis his veſtris captionibus, Pauli verba non legitis, cùm inquit: Nubat virgo, quia voluntatem propriã in ſua poteſtate habet†. CAL. Ad opus bonum naturale, prout nubere eſt, in quo ſolus generalis influxus concurrit: non autem in opere meritorio, propriam voluntatẽ habet. Siquidem gratia nouam voluntatem creat, ita vt voluntas hominis certo modo dicatur, quæ tamen à Deo in aduentu gratiæ creatur; proindéque ex Deo, non ex homine eſſe dicatur. CAME. Suo loco, longè magis deridendam chimęram hanc eſſe, vt noua voluntas creetur, iis quoque qui meridie cæcutiunt, oſtendam: quando-

† De ſpir. & lit. c. 32 & 33.

† Roma. 5.

† De prede. & gra. c. 11.

Virgo voluntatem propriam in ſua poteſtate habet

† 1. Cor. 7.

quidem eadem voluntas quæ aderat, in gratiæ aduentu ſanatur, roboratur, habiliſque redditur: quo fit, vt ſic ſanata, ex ſe gratia aſſiſtente, ſuapte volũtate bonum ęternum homo cum gratia inſolidum cooperetur† . Quæ cùm ita ſe habeant, iam vides quomodo Deus eſt, qui dat velle & perficere pro bona voluntate: nó tamen abſque nobis, qui cum ipſo cooperamur. At vos, Lectores, iudicate nunc quęſo, an Proteſtantes gregi ſuo adſciſcere Auguſtinum poſſint, qui vbique eos condemnat. Iudicate rurſum an præter Auguſtinũ, lucidiſſimis ſacrę ſcripturæ teſtimoniis illorum deliria oſtendantur? Iudicate denique quid Græciſſatio illis proſit.

†*Infrà c.10*

CAPVT VI.

Cùm hominem ſuapte voluntate id velle atque eligere, quod Deus in ipſo vult, Proteſtantes negare vlterius nequiuiſſent, alia aggrediuntur via: vt neceſſariò homo velit, ſiue iuſtitiæ, ſiue peccato eligat, ſeruire.

CALVINVS. CAMERARIVS.

QVIS Liberi arbitrii, poſt naturam corruptam ipſum hominem eſſe dicet, qui perpetuò, aut peccati, aut iuſtitiæ neceſſariò ſeruus eſt? nónne libertas & neceſſitas ſibi inuicẽ aduerſantur? CAM. Facilè errant hi, qui terminos penitus non perpendunt. Omnes enim ſerui peccati, atque ſub ira, ea ratione naſcimur, quia cum vno

†Rom.5. Adamo peccauimus omnes†. Sed aliud interim est, seruum esse propter peccatum primum, ab omnibus commissum, ob quod mortis rei effecti sumus: aliud, occasione futuri actualis peccati, nos seruos esse, vt peccare (hoc vocabulo vtar) necessitemur. Siquidem considerato peccato originali, propter propensiones illas fomitis, quæ plerunque id agere nos impellunt quod nolumus, à scriptura serui appellamur: non autem vt futuri peccati sic serui simus, vt absque Libero arbitrio peccemus. CAL. Quem istius sententiæ authorē affers? CAM. Augustinum, qui sic inquit: Non est libera sine spiritu hominis voluntas. At si causam roges, mox respondet, cum cupiditatibus vincentibus & vincientibus teneatur†. Cupiditates verò non sic sub seruitute nos detinent, vt peccare perpetuò cogamur: quemadmodum in explanatione capitis 7. ad Romanos perspicuè patebit†. Sic enim intelligenda Augustini verba sunt, cùm necessitatem peccati adeò magnam esse contemplatur, vt cum Propheta dicere necesse sit, De necessitatibus meis educ me†. non vt peccatum necessarium sit, vt tu contendis†: quandoquidem si passionis impetus ita cresceret, vt voluntas in oppositum non posset, nō propterea diceremus tunc, hominē necessitari. Pro quo verba Ioannis examinemus, qui minimè dicit, Qui faciet actuale peccatum, sed, qui facit peccatum, seruus est peccati†. actu consummatum peccatum ponderando: quemadmodum Petrus decla-

Aliud est, nos seruos esse propter originale, vel etiam actuale cōmissū: aliud pro actuali cōmittendo.

Seruitus propensionum quæ à fomite oritur.

Ad rē redit.

†Epi.144.

†In lib.3.

†Aug. de perf. iusti. ratioci. 2.

†Insti. pag. 24. & cōtra pigh. pag. 84.

†Ioan.8.

rat, inquiens, A quo quis ſuperatus eſt (audi ſuperatus) illius & ſeruus eſt. ergo non antè.† Et hoc nulla neceſsitate cogente, ſed quia ſpõte ſeſe dediderunt: quemadmodum verba illa Pauli teſtãtur: Exhibuiſtis membra veſtra ſeruire peccato. ſerui illius eſtis, cui obediſtis.† ergo non antè, quàm obediant. CAL. Quatuor planè iſta ſunt, ſponte velle, liberè velle, coactè velle, neceſſariò velle. nonne? CAM. Perge. CAL. At ſi quatuor, mecum confiteri cogeris, quòd tametſi primus Adam liberè velle poterat: ſic tamen eius peccato in ſeruitutẽ voluntas ipſa redacta ſit, vt libertas in neceſsitatem fuerit verſa.† CAM. Quem in modum ſerui peccati ſimus, paulò antè dixi. CAL. Etiam ſi darem, ſolius peccati originalis cauſa, antè quàm actuale cõmittatur, voluntatẽ ſeruam eſſe, ſeruã tamẽ & liberam ante actuale eſſe, ex diametro inter ſeſe repugnãt.† CAM. Quid tu per ipſam voluntatis ſeruitutẽ accipis? CAL. Serua voluntas in peccato illa eſt, quæ propter corruptionem ſub malarum cupiditatum imperio captiuata tenetur: vt nil aliud quàm malum eligere poſsit, etiam ſi id ſponte & libenter, non externo motu impulſa faciat.† CAM. Cur bona & malã ſimul miſces? CAL. Quæ inter bona commiſcui mala? CAM. Vnum in primis dixiſti, in quo mihi ſubſcribis: ſeruitutem nimirum ipſam propter cupiditates, ſeu hominis propenſiones dici: Secundum autem, quòd addis, voluntatem noſtrã poſt Adami peccatum, electionem perdidiſſe,

Coactè velle, liberè velle, ſponte velle, neceſſariò velle.

Voluntatis ſeruitus.

† 2. Pe. 2.

† *Rom. 6.*

† *Aug. de perf. iuſti. ratioci. 3.*

† *Contrà pigh. pag. 66.*

† *Cal. vt ſuprà.*

neque aliud quàm malum eligere poſſe, falſum eſſe in cap. præcedenti oſtēſum fuit: vbi cōſenſum, atq; diſsēſum in homine ineſſe probauimus. Tertiū prẹterea, quòd aliud ſit ſpōte neceſſariò agere, quàm libero cum arbitrio velle: quaſi propter neceſſarium liberi arbitrij homo non ſit in his, quẹ ſponte vult, manifeſta chimæra eſt, immò potiùs res hactenus non audita, vt rationalis homo, qui ſponte vult, libero cum arbitrio non velit. CAL. Liberam volūtatem eſſe, ea ex ratione nego, quia propter ingenitam hominis prauitatem ad malum neceſſariò fertur†. CAM. Cur neceſsitatem perpetuò proponis, cùm interea ipſam coactionem neges? CAL. Hinc colligere licebit, quantum ſit neceſsitatis & coactionis diſcrimē. Neque enim hominē dicimus inuitum trahi ad peccandum: ſed quia vitioſa ſit eius voluntas, ſub peccati iugo teneri captiuam: ideóque neceſſariò malè velle. Vbi enim ſeruitus, ibi neceſsitas†. CAM. Ergo, te authore, voluntarium non eſt peccatum. CAL. Plurimum intereſt, voluntariáne ſit ſeruitus, an coacta†. CAME. Tota igitur nouæ adinuentionis huius vis in hoc conſiſtit, quia cum neceſſario concurrit ſpontanea voluntas: quæ propterea, neque coacta dicitur, quia ſponte accedit: neque libera, quia neceſsitate agit. In quo grammaticos ſequeris, dum etymologiam huius vocabuli, libertas, inquirunt: quibus placuit, vt à verbo libet, & libero deſcendat. quaſi per verbum, libet, coactioni opponatur: & per verbum, libero, ipſi ſeruituti. CAL. Rectè animi

† Cal. vt ſup.

Neceſſarij et coactionis ſecundum proteſtantes diſcrimen.

† Contrà pigh. pag. 66.

† vt ſup.

Spontaneū cum neceſſario.

mei ſenſum concepiſti : cùm non alibi nos ſta-
tuimus peccati neceſſitatem, quàm in vitio volun-
Caluini cõtradictio. tatis, vnde ſpontaneam eſſe ſequitur.† CAM. En † *Contra Pigh. pag. 66.*
Caluine, cur tã diu in his varietatibus tibi ipſi pla-
ces? Spontaneã hîc voluntatem requiris: alibi ve-
rò tenes, velit nolit homo, ipſius voluntatem
moueri. †Deglutire certè ſcripturæ teſtimonia nul- †*Inſti. pag. 46.*
la cum digeſtione, iſtuc eſt potiùs, quàm veritatem
inquirere. CAL. Quapropter? CAM. Siquidẽ aliud
eſt Dei inſpirationes inuito homine in eius animã
intrare, atque cũ intrãt tales eſſe, vt Deus id in hõ-
mine agat, quod ipſe vult: quod libenter cum Au-
guſtino fatemur: aliud verò hominem ſic mo-
ueri, vt id quod ſponte agit, conſiderata neceſ-
ſitate voluntatis Dei abſque Libero arbitrio, agat.
quod vnà cũ Auguſtino omnino negamus†, mul- † *Aug. de gra. & lib. arbi. c. 21.*
ta addentes quæ paulò poſt latius dicemus.† Quis
hoc ferat, vt ſpontaneam, non autem Liberam vo-
luntatem eſſe cùm homo peccat, mordicùs tu con- † *Infrà. c. 8.*
tendas? Auguſtino dicente, Semper in homine vo-
Proteſtantiũ ſophiſmata. luntas libera eſt, ſed non ſemper bona†. Quæ no- † *De gra. et lib. arb. c. 15*
ua ſophiſmata iſthæc ſunt? vt neceſſariũ à coactio-
ne, & ſpontaneum a libero, vt Liberum arbitrium
neges, te ſeiungere non pudeat? Etenim ſi Tho-
mæ vel Scoti verba iſthæc eſſent, vbi ſe abſconde-
rent, ne querulas voces tuas audirent, quibus eos
Neceſſariũ à Caluino conſideratum. ſophiſtas eſſe acclamares, minimè inuenire poſsẽt.
CAL. Incipe tu mecum ſpeculari. CAM. Dic, ama-
bo, quem in modum neceſſarium tu vſurpes? An-

ne vt ideo necessariũ sit, quia homo ab aliquo mouente cogitur? CAL. Minimè: immò omnem coactionem excludo. CAM. Num fortaßis vt propter finem dicatur necessarium, sicut per necessaria, cibum intelligimus ad vescendum, equum ad iter faciendum, & nauim ad nauigandum? CAL. Nequaquam. CAM. Aut vt ideo necessariũ dicatur, quia natura ad malum, vel gratia ipsa ad bonum simpliciter vnum vt agamus impellit? CAL. Hanc tertiam speciem eligo. CAM. Sed quid tunc Augustino respondes, cùm ait non esse voluntarium id quod necessarium est?† Et alio in loco, Sicut etiam, cùm dicimus, necesse est esse, vt cùm volumus, Libero velimus arbitrio: & verum proculdubiò dicimus: vt non ideo Liberũ arbitrium necesßitati subiiciamus, quæ adimit libertatẽ†. Hæc enim coactio est. CAL. Coactionẽ perpetuò excludo. CAM. Nõ ergo cogit necesßitas hęc, quam tu proponis. CAL. Nullo modo. CAM. Necesßitas itaque ista, eo modo Liberum arbitrium non tollit, quo propensiones illæ, quę à fomite oriuntur, homini malum concupiscenti, Liberũ arbitrium non adimunt. Augustinum quidem vbique dicentẽ, ô Caluine, lego, Necesßitas nos à peccato excusat†. Hoc autẽ, quod tu nunc proponis, nullo in loco scriptũ cerno. Nẽpe spontaneum propterea Liberũ non esse, cùm peccamus: quia necessariò ad id agendũ impellimur. Tua quidem inuentio est, ex diametro his cõtraria, quæ Augustinus scripsit†. CAL. Si seruitus hęc,

† De lib. ar. li. 3. c. 3.

† De Ciuit. Dei li. 5. c. 10.

Ad rẽ redit.

† De perfe. iustit. ratiocin. 5. et 15.

† De lib. ar. li. 3. cap. 3.

Protestantiũ sophismata. quę nos impeditos tenet, ac virtutẽ aufert, naturæ foret, nõ ꝓprii vitii, nobis peccata minimè imputari poſsẽt. Sed quia ꝓprio vitio facta eſt, quid impedit quo minus neceſſariũ peccatũ ꝓpriæ culpæ noſtræ imputetur? hoc enim reſpõſo, omniũ veſtrorũ Theologorũ obiectiones ſoluũtur†. CAM. Quod vitiũ? CAL. Peccati originalis. CAM. Quę noua Chimæra hæc eſt, vt propter voluntariũ peccatum originale, omnia actualia ſic neceſſaria ſint, vt abſque Libero arbitrio peccemus. id nãque prẹſuponis, quod paulò antè reſpuimus: nẽpe, ꝓpter originale peccatũ eò calamitatis hominẽ perueniſſe, vt ſeruus factus ſit, ad patrandũ omnia actualia peccata. noli ad vomitũ redire, ſed potiùs hãc nouã doctrinã, ex tuo capite ſcaturientẽ, retracta. Eſt quidẽ, Auguſtino ſatis cõtraria, & omnibus nõ ſolùm dicẽtibus omne peccatũ voluntariũ eſſe: verùm etiã pro abſurdo habẽtibus, vt dicatur ipſum hominẽ neceſſitatẽ habere peccandi†. CAL. Si quę affero illi cogitaſſent, ſuam potiùs ſententiã retractaſſent. CAM. Nouerunt planè illi, culpa Adami, qui omnes repræſentando, libertatẽ illam amiſit, per quam poterat bonũ operando in iuſtitia viuere, in neceſſitatem propenſionum illarum omnes homines conuerſos fuiſſe, quarum Paulus in epiſtola ad Romanos meminit†. Si enim ita eſſet, vt tu fingis, quomodo Auguſtinus verba illa dicere potuiſſet nullam culpæ rationem inuenire quimus, vbi vel natura, vel neceſſitas, ipſi voluntati dominetur†. CAL. Integræ, non

† *Cõt. Pig. lib. 4. pag.* 133. 138.

† *De perf. iuſtit. ratio.* 15.

† *Cap.* 7.

† *Aug. de perfect. iuſti. ratio.* 3. & 4.

Iſraël commiſerat.quapropter dicit,Ex te perditio tua Iſraël : & non propter peccatum originale,in tranſitu aquarum,& circuncisione, credentibus in futurum meſſiam remiſſum,ſicut tu nunc ſomnias. Clara certè litera eſt,legi poterit, ne deinceps hac neceſſarij ſignificatione,contra Auguſtinum aurigam tuum, immò contra omnes philoſophos, ac vtriuſque legis teſtimonia abutaris. Ecce,Caluine, quid is agit, qui iniuſtæ cauſæ patrocinium ſuſcipit,vt pro mercede rubor illi ſit. CAL. In quo erubeſco? CAM. Ob duas res, Alterá nimirum, quando noua quadam philoſophia ex fonte capitis tui ſcaturiente, ſpõtaneum motum ſic cum neceſſario manere cogitabas, vt Liberum nobis adimeres arbitrium in his quæ ſponte facimus.quæ quidem ſatis vana Chimæra fuit. Alteram verò, cùm dixiſti peccatum originale voluntarium feciſſe, vt neceſſarium actuale peccatum excuſationem nõ habeat. CAL. Putas his me ſuperaſſe? CAM. Si hi rectè diſputant,qui ſacræ ſcripturæ teſtimoniis, & patrum authoritate mouentur, verum illorum ſenſum in medium promentes, iam ſuperatus es.

CAPITIS VI.

§. PRIMVS.

Nouam suam philosophiam, per quam voluntarium cum necessario coniungere conatur Caluinus, hoc loco defendere nititur, vt deinde Liberum esse arbitrium neget.

CALVINVS. CAMERARIVS.

Voluntas cum necessario.

VOLO ego pleniùs audiri, atque ostẽdere, ipsam necessitatem cum voluntario, tam in bono quàm in malo sic perpetuò cõcurrere posse, vt Liberũ arbitrium nullum adsit. CAM. Vnde hoc hauris? CAL. Deum certè necessariò bonum esse vno consensu omnes fatemur: & nihilo tamen minorem ex bonitate laudem cõsequitur. Rursum diabolum necessariò malum esse dicimus: & nihilo tamen minus vitiosam esse eius malitiam asseueramus. Non quidem id est nostrum commentum, sed ante nos, sic Augustinus, sic & Bernardus locuti sunt.† CAM. Quid tu ex hoc infers? CAL. Vt voluntas cum necessariò stet, libertas verò excludatur. CAM. Non quidem inficiamur nos, quin voluntas cum necessario multis modis concurrere possit, quemadmodum Augustinus in libro de Ciuitate Dei, & in aliis locis docet†: sed voluntarium ei qui vult, Liberum arbitriũ in eo quod vult, adimere, hoc verò ridiculum esse dicimus: quod argu-

† con. Pigh. pag. 141. ex Aug. de Ciui. dei. lib. 5 c. 10

† lib. 5. c. 10.

autem corruptæ naturæ tempore Augustinus hoc intelligit, vt neque natura, neque necessitas voluntati dominetur†. CAM. Quis isthuc tibi reuelauit? CAL. Eiusdem Augustini verba affero, cùm inquit, Natura nobis facta est pœna†. CAM. Aliter Augustinus locutus est, nempe natura vitiata, factos nos esse filios iræ: itaque nobis pœna sit, vt parum habeat virium ad non peccandũ voluntatis arbitrium, nisi adiuta sanetur per Iesum Christum†. CAL. Necessitati subiacere homines aio, sed ei, quam primus homo propria culpa sibi contraxit. Cùm ergo necessitas peccati sit pœna vnde oriuntur peccata, meritò culpari, & eorũ culpa meritò ea ratione poterit hominibus imputari, quia voluntarium est principium peccati†. Sic enim Augustino placuit, vt dicamus: Si vitari potest peccatum, præsens voluntas hoc fecit. si non potest, præterita voluntas hoc facit†. CAM. Probè Augustinus hoc eam ob causam tenet, quoniã perdita gratia illa originalis iustitiæ, qua poteramus peccatum vitare, præterita voluntas hoc fecit, vt peccata omnia vitare nequeamus. At cõtinuò subiungit, Et tamen vitari potest, non quãdo volũtas superba laudatur, sed quando humilis adiuuatur†: gratię aduentum proponens, quæ efficere potest, vt omnia peccata pręsenti voluntate à gratia adiuta præcauere valeamus: ita quidem, vt magis hoc ex gratię absentia proueniat, vt non valeamus omnia peccata vitare, quàm quòd homo dissensum

† *Cal. cõtra Pigh. pag. 138.*

† *Aug. de perf. iustit. racio. 5.*

† *vt suprà.*

† *Cal. cõtra Pigh. pag. 138. 139.*

† *de perfec. iusti. ratio. 15.*

† *Eodem in loco.*

ad vitandum omnia non habeat. experientia namque docet eundem hominem ſub ira conſtitutum, qui nō poteſt omnia vitare, aliquod particulare peccatum excludere: in quo cōſentiendi & diſſentiendi Liberum arbitrium oſtendit, quo voluntariè cōmittitur peccatum. Reſponde nunc, ſi potes. CAL. Mortui quidem ſumus delictis†. CAM. Viuit homo vt conſenſum vel diſſenſum habeat: vt verò iuſtè id agat, gratia duce habet. Quid enim aliud dicere eſt, Perditio tua Iſrael†: niſi ideo tua, quia voluntate libera, quæ ex te eſt, peccas? CAL. Fateor: ſed cùm vniuerſalis ſit ſententia illa, quid cōtineat, videndum erit. Hoc autē proculdubio ſignificat, deſtitui omni excuſatione hominem, ſi ſibi cauſa exitij propter primum peccatum fuiſſe deprehendatur.† CAM. Quis te faſcinauit, ô Caluine, vt tandiu in hac perfidia peccati primi maneas? Nónne quoduis actuale peccatum voluntarium ex homine eſſe, litera illa perſpicuè docet? CAL. Vnde illa perditio, niſi ex impotentia? Vnde impotentia, niſi ex naturæ volūtate? Vnde porrò vitioſitas, niſi quod homo deficit à ſuo opifice? Ac propter hoc voluntarium peccatū primum neceſſariò peccatores nos fecerit, ita vt conſiderato principio, rectè Dominus dicat: Ex te perditio tua Iſrael†. CAM. Quanquā primum peccatū effecerit, vt ex homine perditio vniuerſalis proceſſerit, non tamen de illo peccato litera agit: ſed potius perditionem illorum propter idololatriæ peccatū proceſsiſſe ait, quod ſæpe

Perditio tua Iſrael.

† *Ephe 2. Colo. 2.*

† *Oſeæ.* 13.

† *contra pigh. pag.* 138.

† *vt ſuprà.*

mentum tuum atque exemplum in te retorquendo probamus. Siquidem ipſe Deus Liberum arbitrium in eo quod neceſſariò vult, habet, quemadmodum ſuprà latiùs diximus†. Vis, Caluine, hanc vanitatem iſtius nouæ veſtræ doctrinæ manu tangere? CAL. Matura. CAM. Fateris quidem tu Dei prouidentiam efficere, vt homo neceſſariò peccet, nónne?† CAL. Ita eſt. CAM. Quum hoc ita eſſe fatearis, rogabo iterum, An Adam, quando peccauit, in ipſo actu peccandi Liberum arbitrium habuerit? CAL. Omnino. CAM. Ergo cum hoc neceſſario prouidentiæ Dei, Liberũ arbitrium etiam ſecundũ falſam doctrinã veſtram concurreret: huic exceptioni ſi rectè reſponderis, protinus ſilebo. Quid hominem eſſe putas, ô Caluine? num ſtipitem, num truncum, num aſinum, num bouẽ, num equum, in quo non eſt intellectus? vt tanquam equus velit? CAL. Non minùs natura, peccati ſeruũ hominem eſſe aio, quàm empta mancipia, quibus heri, non ſecus ac bobus & aſinis pro libidine vtũtur†. CAM. Aliter certè dolabra à fabro, abſque ſenſu: aliter verò aſinus à ſeſſore, cui volens abſque ratione ſeruit: aliter homo qui ratione vult, à Deo mouetur, qui omnia ſecundum proprium motum mouet: & cùm ita mouet, vt voluntas ſua, quæ perpetuò iuſta eſt, omnino fiat, homo ſuapte voluntate libera illud vult, quod Deus ab eo requirit: quẽadmodum Auguſtinus multis exẽplis docet†. Hoc à te ſcire velim, dum nouam hanc Chriſtianã phi-

†Suprà. c. 3 & in. §. Quis.

†Cal. in li. de præde. et Mart. in li. de prouid. & præde.

Equo & aſino ipſum hominẽ Caluinus comparauit.

†Cal. ĩ epi. ad Ro. c. 7. in verbo, venũdatus

Secundum propriũ motũ cuncta Deus mouet.

† De grat. & lib. arb. cap. 21.

losophiam mundo exibes, qua ratione cum Augustino congruere poſsis: cùm ille dicat, gratiam liberiorem Liberũ arbitriũ facere†: tu verò à gratia illud neceſsitari (vt ita loquar) prædices. Qua item via, doctrina tua in alia re integra manere poſsit, dum vna ex parte palàm aliquãdo confiteris, Liberum arbitrium nos ad peccãdum habere: ex altera verò dicis, neceſſariò propria volũtate nos peccare, non video. pugnant certè iſta, de opere bono, Propheta dicẽte, Voluntariè (non autem dicit neceſſariò) ſacrificabo tibi†. CAL. Eſt quidem nonnulla humani ingenij perſpicientia in homine, qua veritatis amore rapitur†. CAM. Tu verò his fucis eam adimis. Sed quid deteſtabilius? Auguſtinum authorem habere te prædicas, cùm Auguſtinus & Hieronymus† quaſi per eundem præmeditatum dicendi ſermonem, ſententiam ſecundum nos ferãt, dicentes, tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt non poſſe nos peccatum vitare, quàm illos, qui cum Iouiniano, non poſſe hominem peccare, contendunt. Vterque enim Liberi arbitrij libertatem tollit. Deinde verò ſubiungunt: Nos autem dicimus, hominem ſemper peccare & non peccare poſſe, vt nos Liberi eſſe confiteamur arbitrij†. Non autem dicũt, vt ſpõte abſque Libero arbitrio eum, qui neceſſariò agit, agere dicamus, vt neceſſariò arbitretur. CAL. Quid potentia hæc iuuat, quæ ad actum deduci non poteſt, præterquàm ad malum? CAM. Quotiẽs vis audire? Satis ſupérque eſſe reſpõ-

Caluini cõtradictio

Libera hominis poteſtas ſecundũ Caluinum.

Hominis libertas ſecundũ Catholicos.

† *De ſpiri. & lite. c. 30.*

† *Pſal. 53.*

† *Inſtit. c. 2.*

† *Hierony. in expoſitione ſymboli ad Damaſum.*

† *Aug. in ſer. de tem. ſerm. 91. et in ſerm. de ſancta Tri. ſerm. 3.*

deo, potentiam ipſam Liberi arbitrij conſentiendi & diſſentiendi in ſua poteſtate hominem habere: tametſi actu opus iuſtitiæ cõſummare non poſsit. quandoquidem id nos poſſumus, quod per gratiã, cùm aduenit, poſſumus†. Poteras quidem Auguſtini verba accuratiùs ac diutiùs contemplari, antequàm hanc chimæram hominibus prædicares: vt intelligeres non eſſe actum aliquem peccati, vel iuſtitię, in quo Liberum arbitrium cum libertate non operetur. CAL. Quo teſte? CAM. Auguſtinum legẽ: cui placuit, vt tametſi in ſeruo peccati vera libertas non ſit, adhuc tamen ea ex ratione eum liberum dici, quia cum delectatione peccato ſeruit†. quaſi liberáliter is ſeruiat, qui ſui domini voluntatem libenter facit†. tunc enim duæ concurrunt libertates, hoc eſt vt à iuſtitia liber ſit, cùm liberè ſeruit peccato: quod committere cum libertate non poſſet, niſi à iuſtitia liber eſſet†. itidem, & cùm iuſtitiæ ſeruit, duæ libertates adſint: altera qua Liberum eius arbitriũ à Gratia Liberatũ eſt: altera verò dum ſuapte voluntate iuſtitiæ ſeruiendo, his, quæ gratia cum eo operatur, conſentit, & cum gratia cooperatur. Immemorem ſanè Ariſtotelis te factum eſſe conſpicio, dum antequàm homo à gratia liberetur, ſic ſeruum hominem facis, vt aſino, vel empto ſeruo comparetur: cuius contrarium Ariſtoteles cenſuit, nempe, vt alterum dominium deſpoticum, quo ſeruis dominamur, ſit: alterũ verò regale, quo principes liberis hominibus imperant†. Hæc enim ſi

Multiplex libertas in ipſo libero arbitrio cõſideranda eſt, ſiue peccato, ſiue iuſtitiæ ſeruiat.

Non eſt dare actũ, in quo liberũ arbitriũ nõ operetur.

Seruitus multiplex.

† *Aug. de Ecc. dogm. c.* 26.

† *Cõtra duas epi. c.* 2.

† *Enchi. c.* 30.

† *Dicemus* .§. *ſeq.*

† *Ariſt. Poli.* 1.

animaduertiſſes, eueſtigiò cognouiſſes, ſeruum iuſtitiæ, nõ abſque libertate ſeruire Deo regi ſuo. itidem & illum, qui ſeruit peccato: in qua re Auguſtinum audiamus, vos ſimul & Manichæos excludentem. Cùm enim Manichæi vt hanc à vobis renouatam opinionem defenderent, Adæque peccato ſic Liberum arbitrium periiſſe dixiſſent, vt nemo poſtea bene viuendi poteſtatem habuerit, ſed omnes in peccatum carnis ſuæ neceſsitate cogerentur: Auguſtinus in hunc, qui ſequitur, modum reſpondet: Quis autem dicat, quòd primi hominis peccato, perierit Liberum arbitriũ de humano genere? Libertas quidem periit per peccatum: ſed illa, quæ in paradiſo fuit, habendi plenam cum immortalitate iuſtitiam, propter quòd natura humana, diuina indiget gratia, dicente domino: Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis: & continuò ſequentia verba addit: Vtique liberi ad benè iuſtéque viuendum†. CAL. Satis ſit bis me docuiſſe, de illa potentia Auguſtinum ſenſiſſe, per quam ſponte accedimus, cùm neceſſariò peccamus: non autem quòd libero cum arbitrio peccemus.† CAM. Bis te bene loquutum contendis: ego verò decies circuitum illorum verborum, in quo perſonam oratoris induis, accuratè legi, nec boni quicquã potui inuenire. Studes nanque vna ex parte Auguſtini ſenſum detorquere: ex altera verò, verborum Auguſtini immemorẽ eſſe te fingis, dum ſequentia verba in eodem loco ſubdit. Nam Liberum arbitrium vſque adeò in pecca-

Quæ libertas Adami peccato deperdita fuerit.

†*Cõtra duas epi. c. 2.*

†*Cal. cõtra Pigh. pag. 97. 98.*

tore non periit,vt per illud peccent, maximè omnes,qui cum delectatione peccant, & amore peccati, hoc eis placet quod eis libet†. Quid plura ab Augustino quæris? quæ verba clariora afferre potuit,vt os tuum obstruat,inquiens,Libero cum arbitrio nos peccare,ac libero cum arbitrio,gratia assistente iustè viuere,sicut in præcedentibus dixerat? Non quidem aliud in ore tuo,cæterorúmque Protestantium audimus,nisi Liberũ arbitrium ad nullam aliam rem,præterquàm ad malum valere:nunc verò, spontaneum cum necessario coniungendo, nos libero cum arbitrio peccare posse negas. Ecce quomodo Augustinus perpetuò hanc chimæram necessarij excludit: quem si abnegare pro vestra Protestantium consuetudine, volueris, euestigiò, sacræ scripturæ testimonia, præter ea quæ citata sunt,afferam, & fortiùs te conuincam. CAL. Quę illa testimonia sunt? CAM. Iamiam audies.

Libero cũ arbitrio secundũ Augustinũ peccamus.

†*Cõtrà duas epi.c.2.*

Cõtradictio Caluini.

CAPITIS VI.

§. SECVNDVS.

In hoc paragrapho, sacræ scripturæ testimonia,pro Catholicorum opinione citãtur:quibus patet seruum iustitiæ, & seruũ peccati:ex æquo libero cum arbitrio seruire.

CALVINVS. CAMERARIVS.

ILLA sacræ scriptutæ testimonia,quæ in medium afferre pollicitus es, nunc audiamus. CAME. Quid Paulus sentit, dum inquit:Cùm enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ†. CAL. Delirium illud

Verba illa, Serui peccati, liberi fuistis iustitiæ,quid significent.

†*Rom.6.*

Pighij audire cupis? cui placuit idcirco hominem à iustitia liberum esse, quia emancipatus à peccati imperio sit†. CAM. Paulus, quando quispiam actu peccato seruit, hominem à iustitia liberum esse inquit†. CAL. Quid tu sentias, audire cupio. CAM. Nil sanè aliud (si Augustinum audiamus) Paulus eo in loco agit, quàm vt hoc modo libertatē à iustitia, cum seruitute peccati coniungat: viam nobis demonstrans, qua homo ipse liber & volens sit, quandiu eligit seruire peccato: quasi ea ratione libero cum arbitrio seruiat peccato. quia alia libertate, nimirū à iustitia (à qua se alienauit) pollet†, ita vt cùm peccat maxima cum libertate, iustitiam excludēdo, peccet. Qua ratione motus alio in loco Paulus, sic inquit: Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditię & iniquitati ad iniquitatem: quoniam cui exhibuistis vos seruos ad obediendum, serui eius estis cui obediuistis†. CAL. Hac te Pauli hasta feriam, nempe vt homo qui se seruum ad obediendum Satanę, in ipso originali peccato exhibuit, seruus perpetuò Satanę sit, cui obediuit: ac proinde necessariò semper peccet. CAM. Neque Pauli verba, neque propositionis huius veram sententiam intellexisti, putans de homine quoque iam renato Paulum loqui: vbi propterea seruus peccati perpetuò sit, quia semel peccatum originale commisit. cuius contrarium Paulus testatur, cum renatis loquens, inquit, Peccatum enim vobis non dominabitur: non enim sub lege estis, sed sub gratia†.

† *Cō. Pigh. li. 3. pag. 104.*

† *In loco citato.*

† *Aug. con. duas epi. c. 2. hypo. li. 3. col. 2. de gra. & lib. arb. c. 15.*

† *Rom. 6.*

Quō in modū ob peccatum Adami, ad quem item ob peccatū actuale seruiamus peccato.

† *Rom. 5.*

quod si ita est, vt certè est, minimè seruus actualis peccati erit, antequàm committat nouum peccatũ: Neque seruus propter originale: Domino dicente, Verè liberi eritis, cùm vos filius liberauerit†. Hoc enim tractamus, Caluine, an homo renatus, seruus sit illius peccati, quod nunc patrandum est, ita vt tanquam peccati seruus, necessariò ad peccandum, non autem cum libertate accedat. CAL. Cur igitur nullã libertatẽ in cõmittendo peccato, hominẽ habere Anselmus inquit†? CAM. Posse peccare, nõ pertinere ad libertatem voluntatis homini datę, magis autem conditionem voluntatis deficiẽtis esse, rectè Anselmus & Boëtius sentiunt. CAL. Causam indagemus. CAM. Causa hæc est, quia neque à Deo patre illam Adamus habuit: quandoquidem Deus peccatum non nouit†, nec iniquitas ante oculos eius†. Neque etiam à filio, quando verè illum liberauit, hanc peccandi libertatem obtinuit. Satan planè prima causa fuit, & Adamus illud intromisit in mundum†. Sic enim & Iohannes testatur, absque eo factum esse nihil†. De hoc nulla est inter nos dissentio, cùm alibi tu confitearis originem peccati ex voluntario hominis lapsu, nõ autem Dei creatione, in primo homine extitisse†. Itaque nec libertatem nec libertatis partem, ipsam peccandi potentiã esse, apertè patet. Porrò quid Augustinus intellexit, quãdo dixit, Tantúmne audeat quisquã sic Liberũ arbitriũ defendere (illud debilitãdo) vt audeat excusare peccatũ†? Nónne hoc in loco Augustinus illã

† *Io.* 8.
† *Psal.* 90.
† 2. *Cor.* 5. *Rom.* 5.
† *Psal.* 90.
† *Roma.* 8.
† *Io.* 1.
† *Cal. cont. Pigh. li.* 3. *pag.* 87.
† *Aug. sup. Ioa. trac.* 53 *col.* 4.

Anselmi verba atq; Boetij negãtium liberã volũtatem ad peccandũ nos habere, quomodo intelligantur.

Liberum arbitrium cũ peccato manet.

voluntatem eſſe declarat, cùm ſponte homo ad peccandum accedit, quę arbitriũ liberum habet? Quòd ſi liberum, aut nulla neceſsitas in peccando adeſt: aut cum hoc neceſſario, Liberum arbitrium concurrit. CAL. Caueri vult Auguſtinus, ne impio detur aliquis prætextus ad excuſandum peccata. hoc autẽ ſedulò nos obſeruamus†. CAM. Quem prætextum proponis? CAL. Nam & ſponte dicimus eos peccare, quicunque peccant: eóque ipſo conuictos teneri, ne ſe à reatu eximant. Iuſto iudicio damnari, qui eius iuſtitiam violauerint, cui ſubiectos nos eſſe decet†. CAM. Deſine, Caluine, hoc ſubterfugio per quaſdam verborũ aceruationes, quæ nihil ſtatuant, vti: & interrogationi meæ reſponde, quis prætextus iſte fuerit. CAL. Naturæ imbecillitatem prætexere, cuius culpam ſibi imputare debeant†. CAM. Reſponde, quænam naturæ inbecillitas illa fuerit. Siquidem Auguſtinus Liberi arbitrij illo in loco meminit, quod cum hac imbecillitate permanere poteſt. CAL. Cur perperam cum Pighio me torques? Nam cùm hac exceptione contentus ſit Auguſtinus, nobíſcum illi bene conuenire, quis non videt? Præſtamus enim fideliter quod requirit, dum hac moderatione adhibita, ne peccata ſua excuſent homines, fatemur, Liberũ arbitrium negamus†. CAM. Poſtquam conſuetum ſcribendi modum ſeruare vis, itáque ſub magno verborum circuitu veritatẽ occultare: à me germanum Auguſtini ſenſum cæteri audiant. Cũ enim Ioannes dixiſſet, ipſos obcæcatos

† Cal. cont. pigh. pag. 115.

† vt ſup.

† vt ſup.

† Calui. in loco citato pag. 115. & pagi. 136. vſq; ad 138

Iudęos credere non potuisse, rationem Augustinus horum verborum inquirit. vbi postquam ea, quæ occurrerant, narrasset, his verbis disputationem concludit. Siquis autem istam quæstionem liquidiùs & meliùs nouit se posse, & confidit exponere: absit vt non sim paratior discere, quàm docere. & post hæc subiungit: Tantúmne audeat quisquã Liberum arbitrium sic defendere, vt nobis orationem conetur auferre, aut neget voluntatis arbitrium, & audeat excusare peccatum. palàm profitens, vt obcæcatio, obduratio, & cætera ibidem cõtenta, propter quæ credere non poterãt (quod plus ipso necessario à te excogitato est) Liberum arbitrium non tollant. Augustinum lectores habent, illum legant, atque eo lecto, inter te & me iudicent. Quare Satanas inducit ad peccandũ (Augustinus alibi inquit) cùm Deus posuerit in hominis potestate, non consentire Satanæ. est enim à dextris quasi præcipiens Deus, à sinistris seducens Satan: homo verò in medio constitutus. Cor igitur, quod inclinatur ad diabolũ, quare potius nõ erigitur ad Deũ? quãdoquidem diabolus nõ cogendo, sed suadendo nocet: eo quòd dat ipse consiliũ: sed nostrũ est, Deo auxiliãte, vel eligere vel repudiare quod suggerit†. Vis aliud afferam, quo, non obstante hac necessarij contemplatione, si necessarium esset, adhuc cum Libero arbitrio, tam iustitiæ, quàm peccato nos seruire palàm confiteri compellaris? CAL. Hoc portentum audiamus. CAM. Necesſitas mihi incũbit: Væ autem

Obcæcati atque indurati libero cũ arbitrio peccant.

Quid Satã in peccato posſit.

Necessariũ cum libero arbitrio stare, Pauli authoritate probatur.

† *August. in libro 50 homeliarũ tom. 10. hom. 12.*

mihi, niſi euangelizauero (Paulus inquit) inde verò ſubiungit: Si enim volens hoc ago, mercedem habeo, ſi autem inuitus, ſola diſpēſatio mihi credita eſt†. Audi neceſsitatem ita incumbere, vt væ ſibi eſſe dicat, niſi euangelizauerit: & tamen volens vel inuitus, prout elegerit, euãgelizare poteſt. Hoc certè Pauli teſtimonium ſilentium tibi imponit Caluine, ne deinde hac chimęra neceſſarij, liberũ arbitriũ negare poſsis. CAL. In ſumma intelligit Paulus, tunc demum vocationi ſuæ ſatisfactum iri, ſi volens & liberali ſtudio partes ſuas impleat†. CAM. Hoc quærimus Caluine, num ipſa neceſsitas peccandi, electionem Paulo abſtulerit, vt ſponte, cum præmio prædicaret, vel inuitus, pœnas dando? Auguſtinũ quoque audi, quæſo, cùm ait: Illi dicunt, Et quid rogamus, ne vincamur tentatione, quod in noſtra eſt poteſtate? Iſti dicunt, Quid conamur bene viuere, quòd in Dei eſt poteſtate? Eccleſia catholica media incedens, ſemper ſic extulit Dei gratiam, vt Libero arbitrio nunquam præiudicaret†. Adhæc cogitare adhuc poterimus, quòd tametſi ſeruos iuſtitiæ nos eſſe Paulus ſæpe doceat, minimè tamen propter hanc ſeruitutem, Liberum arbitrium in bono nobis aufertur, quemadmodum alibi Auguſtinus declarat, inquiens: Non erit aliquis liber, niſi à peccato liberatus, iuſtitiæ ſeruus eſſe cœperit, iuxta illud Pauli, Liberati à peccato, iuſtitiæ ſerui facti eſtis. deinde verò ſubnectit, Et ipſa erit vera libertas, propter rectè facti lætitiam: ſimul & pia

† 1. Cor. 9.

† Cal. 1. Cor. 9.

† Aug. ſup. Io. trac. 53. col. 4.

† *Enchi. c. 30.* seruitus propter præcepti obedientiã†. Consimilem sententiam alio in loco, pro his qui iustitiæ seruiũt, addens, còm ait, Huc ergo transeant qui sub lege sunt, vt ex seruis filij fiant: nec sic tamen, vt serui esse desistant, sed vt tanquam filij domino & patri liberaliter seruiant†. Sed quid verbis moror? nónne vt paulò antè protulim⁹, Iosue Israëlitis dixit, Optio vobis datur: eligite hodie quod placet, cui potissimùm seruire debeatis, an Diis, quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, an Diis Amorræorum, in quorum terra habitatis†. Istiusmodi enim generis testimonia innumera alia habemus, quæ electionem boni & mali homini relinquunt. electio autẽ Liberum arbitrium statuit†, vt cum Libero arbitrio omnia, non autem necessariò agamus. CAL. Ex æquo tu electionem ipsi homini, tam in operibus, quæ absque gratia inhabitante operamur, tribuis, quàm in his, in quibus cum gratia cooperamur?

† *De spiri. & lit. c. 32.*

† *Iosue 24.*

† *Dixi sup. c. 3. & 4.*

Protestantium argumenta.

CAM. Liberam potentiam consentiẽdi vel dissentiendi homini, ante aduentum gratiæ tribuo: tametsi iustè viuendi liberam potestatem non habeat. Sic enim pręter ea quæ suprà dixi†, alibi Augustinus hoc declarat, inquiens: Liberum itaque arbitrium & ad bonum & ad malum faciendum nos habere confiteri oportet: sed in malo faciẽdo quisque liber est iustitiæ, seruus peccati: in bono autem nullus potest, nisi ab eo fuerit liberatus, de quo dictum est, Verè liberi eritis, cùm filius vos liberauerit, ita vt liber sit consensus, qui gratia desistente ad

† *c. 3.*

bonum executioni demandari non poteſt†. Hæc enim diſtinctio omnia eiuſmodi argumenta ſoluit. CAL. Omni igitur tempore Liberum arbitrium, ſed diuerſo modo habemus. CAM. Omnino ſic illud habemus, vt in ipſo quoque gratiæ ſtatu voluntarium militem ſibi Chriſtus eligat: voluntarium quoque ſeruum Satan ſibi auctionetur†. & rectè: quandoquidem Damaſceno placuit, hominem ipſum, rationalis cùm ſit, ducere magis naturã, quàm vt ab ea ducatur†. CAL. Cur igitur gratia opus eſt? CAM. Vt debilitatum Liberum arbitriũ, languẽtis hominis inſtar, qui adiutus ſua potentia ambulat, bonum opus conſummare queat. Et denique ne deinceps in hoc neceſſario hominibus moleſtus ſis, Auguſtini ſententiam alteram afferam, quæ gladium ad radicem ponit: cuius verba hæc ſunt, Videte quomodo trahit pater: docendo delectat, non neceſsitatem imponendo†. Hoc quidem audito, præter reliqua, quæ attulimus, ſi vel Satan ipſe dixiſſet Auguſtinum eſſe ſuum, protinus ſileret. Sat eſt Auguſtini veriſſimas doctrinas, & ſcripturæ teſtimonia aperta tibi oſtendiſſe, vt tacere debeas. Si autem adhuc contradicere volueris, cæteri iudicent bene id, an malè feceris.

Io. 8. & August.

† *Amb. de ſanc. et vita beata.*

† *Dama. li. 2. c. 27.*

Quid gratia agit.

† *Aug. ſup. Io. c. 6. trac 26. col. 3.*

CAPVT VII.

Cùm Protestantes doctrinam suam falsam atque chimæris refertam conspexissent, tres nouas fabulas inuenerunt. Primam nimirum, peccato Adami sic ipsam naturam pecasse, vt ea deprauata & corrupta, Liberum arbitrium deinde extinctum fuerit. Alteram, vt illa quæ bona erat voluntas, in malam sic fuerit versa, vt non nisi malum necessariò eligere posit. Et tertiam, vt cùm homo bonum, aßistente gratia, operatur, prima mala voluntas deleatur, & noua bona creetur. Hoc consequens denique ex his deducentes, Liberum arbitrium titulum sine re esse.

CALVINVS. CAMERARIVS.

CVR frustrà aërem verberamus? Res enim in solo titulo consistens, Liberum arbitrium est: immò potius chimæra quædam, ceu titulus sine re, à vobis depictus†. CAM. Ah Caluine, non tibi hoc dicere religio est? CAL. Rē sanè sanctißimam propono, dum vobis non in nomine, quod Liberum arbitrium vocetur, sed quantum ad substantiam verbi attinet, contradico†: quandoquidem deprauata natura, Liberum arbitrium exinanitum fuit. CAM. Liberam viuendi rationem, liberámque voluntatem ipsi animæ à Deo traditas esse, Augustino subscribentes, omnes palàm fatentur†: & qui nugatoriis ratiocinationibus isthuc labefactare conantur, vsque adeò cæci sunt, vt ne ista ipsa

Titulū sine re, Liberum arbitrium protestātes esse contēdunt.

† Martin. de ser. arb. arg. 1.

† Cōt. Pig. pag. 111. & instit. pag. 24.

† De Eccl. dogm. c. 21.

quidem vana atque ſacrilega propria voluntate ſe dicere intelligant†. CAL. Aſſentior: ſed ſic per peccatum originale debilitati ſumus, vt voluntatis noſtræ vitium, non infirmitas, ſed prauitas ſit†. CAM. Si prauitas, non autem infirmitas fuiſſet, quid Chriſtus, qui animarum noſtrarum medicus eſt†, mederi veniſſet? hoc enim animę infirmitatem potiùs quàm prauitatem eſſe commonſtrat: vt ab eo ſanētur hi, qui contriti corde fuiſſent†, Auguſtino teſte, cùm ait, non de inſtituendis naturis, ſed de ſanādis agit†. Debilitatum itaque Liberum arbitrium Adami peccato fuiſſe non inficior: prauitatem autem naturæ dici, nego: quandoquidem etſi totus homo vitiatus ſit†, non tamen natura praua facta eſt, ſicut nec natura peccauit, quia homo peccator prauus factus eſt†. Et alio in loco, Malam arborem homo facit, quando ſe ipſum malum facit. & paulò pòſt: Sanato autem vitio, nullum malum remanet: quia vitium quidem naturæ inerat, ſed vitium natura non erat†. CAL. Paulus cùm de natura humani generis concionatur, non infirmitatis dānat Liberum arbitrium, ſed omnes inutiles eſſe pronūciat, auerſos à Deo, & tyrannidi peccati addictos†. CAM. Quonam modo peccato propter animi propenſiones addicti ſimus, paulò pòſt dicemus.† Hem, Caluine, adhuc liberam homini voluntatem ineſſe negas? CAL. Minimè negamus, quin maneat in homine voluntas, ſed mala, quæ ad peccandum obnoxia ſit. CAM. Palàm Auguſtinus prædicat liberā

Naturam prauā propter peccatum factā eſſe negamus.

† *De quāti. ani. c. 36.*
† *Ant. pag. 166. 167. et cont. Pigh. 88. 89.*
† *Iſaiæ. 61.*
† *Pſa. 146.*
† *De natu. et gra. c. 11.*
† *Hypo. li. 3. col. 5.*
† *Corr. & gra. c. 6.*
† *Aug. de gra. Chriſti c. 19.*
† *Cal. in Anti. pag. 166. 167.*
† *lib. 3.*

voluntatem necessariò homini esse datam, vt rectè viuat†, neque aliud magis in sua potestate ipsa voluntate hominem habere.† CAL. Illam voluntatem in præmissis verbis Augustinus considerauit, quam Adam in statu naturæ integræ habuit†. CAM. De triplici hominum statu, Augustinus tractat: Primo nimirum naturæ integræ, altero iræ ante gratiam, & tertio post adeptam gratiam. Qui si veram libertatem illam fuisse confitetur, quæ naturæ integræ tempore aderat: non propterea negat nos tempore corruptæ naturæ, Liberum arbitrium debilitatum habuisse.† Non opus est interprete, cùm idem Augustinus semetipsum, & in eodem capite, & aliis in locis declaret, †dum quid contra Manichæos, quídve contra Pelagianos illis in libris scripserit, recenset. CAL. Fateor contra Pelagianos aliquid, quo ad gratiam Augustinum dixisse, itidem & contra Manichæos, in quantum Deum naturæ malæ creatorē accusabant: sed nihil ibi de Libero arbitrio in statu iræ dictum fuit†. CAM. Propter eos disputationem illam susceptam fuisse Augustinus declarat, qui negabant, ex Libero arbitrio, mali originem duci: & Deum (si ita est) creatorem omnium naturarū, culpandum esse contendebant†: quasi libertas in hominibus manere non possit, qua homines aut cum mala natura ad malum, aut cum bona ad bonum creati sunt. Hic sanè fons ille sine aqua est, vnde vos & cæteri hanc perfidiam negandi Liberum arbitriū hausistis. CAL. Gratia igitur opus est, vt liberam

In omni statu liberum arbitriū fuit.

†*De li. arb. li. 2. c. 19.*
†*De li. arb. li. 3. c. 3. & lib. 1. c. 12.*
†*Cōt. Pigh. pag. 28. 29. ex August. retrac. li. 1. c. 9.*
† *Diximus sup. c. 3.*
†*Hypo li. 3. 1. 2. 3. de Ec. dogm c. 32. de corr. & gra. c. 8. 11.*
† *Inst.*
†*De bono. perse. c. 11. Enchi. c. 11. 12.*

habeat voluntatem ad opus iuſtitiæ conſummandum. CAM. Omnino. CAL. Vbi tunc hominis voluntas, quæ roboretur vt ad boni electionem efficaciter aſpiret? cùm renouari transformaríque totam oporteat: quò deleta prima quæ mala erat, bona à Deo immittatur, ita vt aboleatur quod ex nobis eſt: & quicquid ſubiicitur, à Deo ſit.† CAM. In duos ſimul incidis errores: alterũ ſcilicet, dum putas voluntatem qua volumus, ex nobis non eſſe, ſed omnino extrinſecus aduenire, in quo multis ſacræ ſcripturæ teſtimoniis conuictus iam fuiſti†. Alterũ item, dum nouam voluntatem, deleta prima mala creari contẽdis: in quo grauius erras. CAL. Sic me ipſum declaro, velle ineſſe homini ex natura: ex naturæ verò corruptione fieri, vt niſi mala poſsimus velle: eſſe igitur Dei donũ vt bene velimus†. CAM. Fateor Dei donum eſſe vt bene velimus. Sed quis volendi modus? CAL. Voluntas ipſa, facultas ad volendum eſt: aut, ſi ita placet, ſubſtantia: malè & bene velle, qualitates, ſeu habitus, qui in potentiam tranſeunt. noui igitur habitus creantur, mutantúrque.† CAM. Vide quid dicas, Caluine, ne philoſophorum aures offendas. CAL. Quapropter? CAM. Tu quidem Caluine in libro cõtra Pighium in eodem loco, volendi facultatem, & ſubſtantiam, pro eodẽ capis: nónne? CAL. Ita eſt. CAM. Tu prętereà dicis, eos habitus qui ſecundum te mutantur, in potentiam trãſire. CAL. Et hoc quoque verum eſt. CAM. Neceſſariò igitur ſequitur in ipſa habi-

Deleri primam volũtatem malam, et bonam creari Proteſtantes contendunt.

Caluini philoſophia.

† *Inſti. pag. 36. 37.*

† *Sup. c. 2. et 6. ĩ prin.*

† *Inſti pag. 36. ĩ fin & prin. 37.*

† *Cal. cont. Pigh. pag. 203.*

tuum mutatione,per quam volendi facultas mutatur ipſam ſubſtantiã mutari. CAL. Non ſic animo concipio fieri nouum figmentum, aut creaturam nouam,vt abolita ſubſtantia priore, noua ſuccedat. voluntatem enim nominatim commemoro, ſicut eſt homini ab initio ingenita, ſemper manere.in habitu igitur,non in ſubſtantia eſſe mutationem†. CAM. Hac declaratione magis tuam doctrinã confundis: quandoquidem ſecundum te, vt accidens ad ſubſtantiam habitus ſeſe haberent: & tunc excipere potero, vt quiſquis vult, ſuapte voluntate eligat, promiſcuè habitus mutando, eò quòd ipſa ſubſtantia intuenda eſt, quæ per diuerſos habitus non mutatur. Inuentiones certè hæ tuæ nouæ ſunt, quæ doctos viros fallere non poſſunt. Siquidem potentia propria, quæ in homine ineſt, à gratia quæ ſuperuenit, præparatur atque ſanatur.†

†Cont. Pig. pag. 203.

†Aug. con. Iuli. li. 4. c. 3.

CAPITIS SEPTIMI.
§. PRIMVS.

Bona vel mala voluntas quænam ſit.

CALVINVS. CAMERARIVS.

AVGVSTINVM vobiſcum ſequor, nõ cogi homines inuitos gratia Dei, ſed voluntarios regi, vt ſponte pareant, & ſequantur: ideo tamen quia voluntas ex mala, verſa ſit in bonã†. CAM. Modum oſtendã, quo ex mala ipſa voluntas

†Ant. ſect. 6. c. 6. pag. 172. ex Aug. de bo. perſe. c. 13. lib. 2. c. 23.

vertatur in bonam. CAL. Quem? CAM. Inſpiratione, ac charitatis in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum infuſione†. Quid putas, Caluine, num ſic nouam voluntatem bonam creari, vt rem aliquam de nouo creatam prę ſe ferat? Minimè, immò potiùs potentia hominis debilitata, in qua Liberũ arbitriũ conſiſtit, in aduentu charitatis, vt præmiſſum eſt, ſanatur, roboratur, ac pręparatur: vt homo gratia aſſiſtente non ſolùm velle poſſit, verùm etiam, vt propter hanc gratiam velit†. CAL. Auguſtinum approbare ſoles, cùm ait: Voluntas noſtra perpetuò libera eſt, ſed non ſemper bona†. ergo modò mala, modò verò, bona. CAM. Perſæpe gregi tuo Auguſtinum adſciſcere conaris, quem fingis te non intelligere. Rectè quidẽ Auguſtinus ſentit non eſſe perpetuò bonam, quia actus eliciti bonam vel malam voluntatem faciunt†. CAL. Quid itaque antequam hos actus eliciat, erit? CAM. Nuda potentia ad volendum. CAL. Voluntatis igitur ſubſtãtiam, abſque bona vel mala qualitate tu conſideras? CAM. Omnino. CAL. Nónne Auguſtinus miram rem eſſe ait, voluntatem dare, quæ in medio ita cõſiſtat, vt nec bona nec mala ſit. ſiquidem aut iuſtitiam diligimus, & bona eſt: & ſi magis diligimus, magis bona: & ſi minus, minus bona eſt: aut ſi omnino non diligimus, non bona eſt†. CAM. Mirum eſſe quòd non agendo poſſit in medio conſiſtere, Auguſtinus inquit: non autem poſſe in medio tanquam aliquod indifferẽs manere, Auguſtinus negat.

Volũtas minimè creatur, ſed ſanatur præparatur, roboratur.

Aliud volendi potẽtia, aliud volũtas bona, aliud voluntas mala.

† *Infrà li. 2. c. 1. & 2.*

† *De corr. & gra. c. 10. & 11.*

† *De gra. & lib. arb. c. 15.*

† *De lib. ar. li. 1. c. 12. de pecc. mer. lib. 2. c. 18.*

† *De pecca. mer. li. 2. c. 18.*

Finge adultũ nil cogitare, pone infantẽ, qui ratione huc vel illuc voluntatẽ flectere non poteſt: & tamẽ voluntatis ſubſtantiam retinent. Aliud ergo ipſa volendi potentia eſt, aliud voluntas bona, aliud voluntas mala, quæ actu bonum vel malum eligunt. Sic enim Auguſtino placuit, vt cùm dicimus animum bonum, duo his verbis comprehendantur: aliud nimirum, quo animus eſt, aliud verò quo bonus†. Et alio in loco, Nec ſolam voluntatem, ſed etiam bonam voluntatem iam habere confiteor†. quaſi potentia hæc, tam charitatis exercendæ cùm aduenit, quàm cupiditatis, dum mala concupiſcit, radix eſſe poſſit†: ita quidem, vt cor noſtrum, tanquàm quid medium, in vtrũque poſſit declinare†. Quæ intuens Auguſtinus, alibi ſic ait: In hoc myſterio voluntatis ſuæ, poſuit diuitias gratiæ ſuæ ſecundum bonam voluntatem ſuam, non ſecundum noſtram: quæ bona eſſe non poſſet, niſi ipſe ſecundum bonam voluntatem ſuam, vt bona fieret, ſubueniret. CAL. Negas ergo tu ipſam potentiam in ſe bonam vel malam eſſe? CAM. Quanquam affectio quædam malæ qualitatis in toto homine infirmo adeſt: non tamen (ſecundum Auguſtinum) ſubſtantialiter, ſicut aliquod corpus vel ſpiritus manet, ſed languoris inſtar†. Sic enim & Ambroſio placuit, vt in gratiæ aduentu nouum figmentum minimè fiat, aut creatura nouat. & rectè, cùm volũtas libera inter bona media connumeretur†. & cùm homo à malo ſe auertit, vt ad bonum veniat: vel

† De ciui. Dei
† De lib. ar. li. 1. c. 12.
† De gratia Christi. 15. c. 19.
† Eod. lib. c. 24.
† De præde. Sanc. c. 18.
† Aug. de nup. li. 1. c. 25.
† Amb. de voca. gentium c. 3.
† Aug. de lib. arb. li. 2. c. 19. lib. 1. retra. c. 9.
† De lib. ar. lib. 1. c. 12.

Affectio quædã malæ qualitatis in toto homine lãguoris instar.
In gratiæ aduentu nouũ figmẽtum bonæ voluntatis minimè fit.
Voluntas inter bona media.

Mot' à mala volunta te in bonã, vel contrà bonus vel malus est.

contrà ab incommutabili bono declinat, vt commutabili adhæreat, motus ille qui fit, bonus vel malus erit†: ita vt inter ſtultitiam, qua peccamus, & ſapientiam, qua iuſtitias operamur, media quædam affectio adſit, quæ neque ſtultitia, neque ſapientia nominetur, donec alteri illarum accedat†. Interim verò ipſa animæ potentia poſt charitatem diffuſam in cordibus noſtris ad bene vel malè volendũ indifferens erit: vt gratia comite eligere bonum queat, ea verò deſiſtente malum†. Quæ rurſum intuens Auguſtinus ſic alibi ait: Dedit nanque Deus ipſi homini liberam voluntatem: ſed nec bonã infructuoſam, nec malam voluit eſſe impunitam†. Quaſi cum Athanaſio dicat: in hominibus, non natura, quæ mater eſt omnium: ſed voluntas, hos facit ſupplicio dignos, illos verò corona & præmiis dignos†, prout actu bonũ vel malum volunt. Hem Caluine, quid ſi tua te confeſſione ſuperẽ? CAL. Qua? CAM. Auguſtinũ alibi ſequeris, voluntatẽ nec bonam nec malã eſſe, antequã actu bonũ vel malum velit. CAL. Vbi hoc ego ſcripſi? CAM. Quo loco cum Auguſtino, voluntatem noſtram equo ſeſſorẽ non habẽti cõparaſti: qui ſi Chriſtum habeat, cõpoſitè illũ regat. ſi verò Satanã, per inuia rapiatur, †multa Auguſtini verba ſilentio preteriẽs. CAL. Quę. CAM. In vnoquoque noſtrum vnus eſt imperator, qui in corde ſedet (Auguſtinus inquit) Si bonus, bona iubet, & bona facit: ſi verò malus, mala. Cùm ibi ſedet Chriſtus, quid poteſt iubere

Animæ potẽtia ad bonũ vel malũ indifferens.

Volũtas nec bona nec mala antè quàm actu velit.

Caluini cõtradictio.

† *De lib. ar. lib. 1. c. 12.*

† *De lib. ar. li. 3. c. 12. & 24.*

† *De pecc. mer. li. 2. c. 18.*

† *Aug. in diſp. 2. cõt. Creſconiũ gram. li. 3. c. 51. et cõt. For. diſp. 2.*

† *Athana. ĩ epi. ad Ro.*

† *Cal. ĩ Inſti. pag. 44.*

nisi bona? Cùm possidet diabolus, quid potest iubere, nisi mala? Et post verba ista, sequentia subiungit: In tuo enim arbitrio Deus posuit cui pares locum, Deo, an diabolo: cui paraueris, qui possidet, ipse imperabit†. Sed hæc postrema verba, ne Liberum arbitriũ confitereris, (etsi Augustinũ citasses) præteriisti, sciens non esse duas naturas, sicut Manichęi tenebant, sed vnicã, ac talem, vt in ea modò Satan, modò Dei spiritus vicissim, prout homo vitam ducit, regnent, quemadmodum de Saule legimus. Hæc sanè animaduertẽs Augustinus, minimè alio in loco dixit, Perdidit Adam bonam voluntatem & malam acquisiuit: sed sic ait, Per velle malum perdidit velle bonum †. Quod perinde est ac si diceret, quia actu voluit malum, perdidit actu posse perpetuò eligere bonum: iuxta illud, Non quod volo bonum, id ago, sed quod nolo malum†. Vis ab Augustino discedere? Dei filium saltẽ audi cum ait, Aut facite vobis arborem bonam, aut arborem malam†. minimè per hanc metaphorã duas naturas considerans, quæ neque duæ esse possunt, neque ab homine fieri†: sed bonam vel malam voluntatem: quam homo ipse tunc bonam sibi facit, quando Dei accipit gratiam: non vt se ex malo bonum faciat†. Quibus verbis alio in loco Augustinus auriga noster, vt non solum de ipsa potentia bene volendi, verùm etiam de actuali voluntate bona vel mala ageret, sequentia addit: Quid opus est quærere vnde iste motus existat, quo voluntas

† August. Hom. 12. tom. 10.

† Hypo. 3. col. 3.

† Rom. 7.

† Mat. 12. c.

† Aug. in dispu. cõt. Fort. col. 10 de ser. dom. in mõte. c. 36.

† De gratia Christi. c. 19. et cont. Iuli. lib. 1. c. 3. & lib. 4. c. 3.

Aut facite vobis arborem bonam aut arborẽ malam.

auertitur ab incommutabili bono ad commutabile bonum: cùm eum, non nisi animi & voluntarium, & ob hoc culpabilē esse fateamur†. Et paulò pòst: Motus autem, quo huc atque illuc voluntas conuertitur, nisi esset voluntarius, atque in nostra positus potestate, neque laudandus esset, neque culpandus. Ex quibus iam vides tunc bonam vel malam voluntatem habere nos, cùm actu bonum vel malum eligimus: interim verò eam indifferentem ad vtrunque esse, Augustinum, tanquam gregis vestri ouem vnam, citasti. Augustinum te condemnantem audi: & sile si potes.

†De lib. ar. li. 3. c. 1.

CAPITIS VII.

§. SECVNDVS.

Naturam non esse deprauatam, sed infirmatam Catholici docent, cùm homo totus infirmus factus est: proindéque Liberum arbitrium non esse extinctum, tametsi ad bonum sit debilitatum.

CALVINVS. CAMERARIVS.

NATVRA ergo, Adami peccato deprauata non fuit? CAM. Neque Pelagianis assentior, quibus placuit integram naturam, post Adami peccatum illæsam permansisse: neque vobis subscribo, dum è regione hoc extremum defenditis, Adami peccato sic naturam corruptam fuisse, vt Liberum arbitrium obliteratū sit: sed mediam viam eligens, Augustinum sequor, qui sic ait:

Natura quippe hominis priùs inculpata, & ſine vllo vitio creata eſt. Natura verò iſta hominis, qua vnuſquiſque ex Adam naſcitur, iam medico indiget, quia ſana nō eſt†. CAL. Quis morbus? CAM. Langor naturæ eſt. CAL. Quis iſte langor? CAM. Quædam inordinata diſpoſitio, proueniens ex diſſolutione illius harmoniæ, in qua conſiſtebat ratio originalis iuſtitiæ, ita vt natura in ſe bona ſit, ſed propter vitia carnalia carnis langueat†. CAL. Ego verò totam hominis naturā vitioſam eſſe doceo†. CAM. Quid ad rem, quòd tu ſacræ ſcripturæ teſtimoniis in hoc deſtitutus, contrarium docere velis? CAL. Auguſtinus planè eſt, qui ſequentia verba ſcripſit: Noli putare te aliquid operari, niſi inquātum malus eſt†. & alibi: Sicut ſpiritus vitæ in Chriſto regenerat fideles: itidem corpus mortis in Adamo genuerat peccatores. Hæc carnalis eſt generatio, illa ſpiritualis.† CAM. Aliud eſt aſſerere naturam prauam eſſe, quod nos negamus: aliud verò cōſiderare, vt defectus ille peccati, culpa ſeu reatus, aliquod naturæ detrimentum attulerit: vt hos malos fructus ſola producat, donec gratia comite, à qua ſanatur, homo ipſe ſanetur, & bona operetur. Et hoc, Paulo authore, acceptamus†: cui etiam placuit per legem, cognitionē dari peccati: per fidem, gratiam impetrari contra peccatum: per gratiā, ſanationem animæ: per Liberum arbitrium, iuſtitiæ dilectionem: per iuſtitiæ dilectionem, legis operationem.† CAL. Auguſtini verba, non autē Pauli,

De natu. et gra. c. 3.

Languor naturæ.

† *Ad Rom 7.*

† *Cal. cont. Pigh. pag. 168.*

† *De pecc. mer. lib. 3.*

† *Aug. pſa. 142.*

† *Ad Rom. c. 7.*

hæc ſunt. CAM. Finge Paulũ à te audire dicentem, Per legẽ cognitio peccati†. Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti†. quod perinde eſt, ac ſi diceres, Per fidem impetratio gratiæ: per gratiã ſanatio animæ à vitio peccati, iuxta illud Pauli, Greſſus rectos facite pedibus veſtris, vt non claudicans quis erret, magis autem ſanetur† ab eo qui miſſus eſt, vt ſanet contritos† & hoc ſpirituſſancti ope: quo adueniente dicere fas eſt: Vbi ſpiritus, ibi libertas†, ea libertate, qua Chriſtus nos liberauit†: vt liberati Deum qui nos ſua charirate dilexit, & nobis, vt ipſum eiúſque iuſtitiam redamare queamus donauit†, ex toto corde diligamus. amando autem Deũ, & proximum propter eum, legẽ impleamus†. Hæc enim vbi rectè guſtaueris, conſonantia quadã Auguſtinum, Chriſtum, & Paulum eadem loqui protinus dices. Alio autem loco ſic Auguſtinus ait: Quid hoc ad rem? Vitia carnis contraria ſunt voluntati hominis. non natura accuſatur, ſed vitiis medicus quæritur†. Et non longè pòſt: Vitium eſt, non natura. CAL. Minimè in hoc Auguſtino aſſentior. CAM. Vbi tu legiſti fomitem aliquid ſuppoſitiuè, vt ita loquar, ſupponere? CAL. Quem authorẽ habes vt non ſupponat? CAM. Ipſam in primis rationẽ propono, quæ docet originalis peccati culpam effeciſſe, vt homo originalẽ iuſtitiã perderet: qua deſiſtente, nihil in homine generatur: cum carere aliquo, nouam generationem alterius minimè præſupponat. CAL. Nónne aliquid ſup-

Fomes nil ſuppoſitiuè ſupponit.

† *Rom. c.* 3.
† *Rom. c.* 3.
† *Hebr.* 12.
† *Luc. c.* 4. *Io.* 12.
† 2. *Cor.* 3.
† *Gal.* 4.
† 1. *Io.* 4.
† *Rom.* 13.
† *De natu. & gra. c.* 54.

ponere est, cùm reatus loco iustitiæ subrogatur? CAM. Aliquid fieri reatum subrogando, quantum ad id, quod naturæ est, assentio: sed proinde ipsam naturam in aduentu reatus prauam fieri, hoc verò nego. Pro quo, si satis non sint, quæ suprà citaui, Augustinum cape, qui in suis Hypog. sic ait: Malum velle, minimè tanquam congenitum malum in homine adest, sed ex accidenti desiderio prauo†. CAL. Minimè Augustini liber ille est. CAM. Quo authore, loqueris, num Erasmo? Detecta iam illius iniquitas est: vt minimè suis nugis Augustini opera deinceps possit obscurare. Sed quid si Augustini non esset, nũ idipsum Augustinus in coaceruatis à me locis non sentit? Fac hęc ita nõ esse Caluine, num tu id ipsum alia via non confiteberis? CAL. Absit. CAM. Aín tu, non naturalia, sed supernaturalia Adamũ perdidisse? CAL. Illos duntaxat naturæ affectus remansisse aio, qui in hominẽ naturaliter cadunt†. CAM. Poterat homo liberè Satanę tũc tentati cõsẽntire, & à iustitia discedere? CAL. Res ipsa docet. CAM. Et hoc à natura? Siquidem Deus peccatum non fecit. CAL. A natura. CAM. Quum ergo à natura, non autẽ à Deo, ipsi homini discedere à iustitia, atque peccatum eligere tributum fuerit: necessariò sequitur hanc electionem ad peccandum, quæ naturæ inerat, sequens peccatum non abstulisse: tametsi malis tãtis ipsa natura propter Adami peccatũ agitata fuisset. Hac quidem sola ratione vbi Augustinũ negares,

† Hypo. 3. col. 3.

† Cõt. Pigh. pag. 17.

Electio quæ secundũ naturam est, peccato Adami perdi non potuit.

euidentiſſimè pateret Liberum arbitrium validiſſimum ad malum nos habere, quod naturæ inerat. ad bonum autem, quod gratię, quę ſupra naturam eſt, Adamus habebat, debilitatũ, gratia deſiſtente manere, non autem extinctum eſſe: quandoquidem conſentire & diſſentire noſtrum eſt, cùm gratia aduenit. bonum item velle, nobis adiacet, quanuis perficere non inueniamus.† CAL. Malè ergo peruerſam eſſe voluntatem Auguſtinus inquit? CAM. Cùm totus homo peruerſus ſit, peruerſam habeat voluntatem neceſſum eſt: non autem quòd noua voluntas in ſe peruerſa, tanquam nouum figmentum generetur †. CAL. Præuenitur autem medicina, id eſt Chriſti gratia, vt ſanetur, reparetur in eodem vitiata, atque præparetur voluntas. Auguſtinus in ſuis Hypog. inquit†: Ergo ipſa voluntas vitiata eſt. CAM. Paulò antè (quia obſtabãt) libros Hypognoſticôn, Auguſtini eſſe negabas: nunc verò cùm iuuare putas, Auguſtini illos eſſe ais. & hoc quis non rideat? Sed condonem tibi iſtud, modò eiuſdẽ Auguſtini memor ſis, cùm ait: Arbitror ſanè nonnullos tardiores in quibuſdã locis librorũ meorum opinaturos, ſenſiſſe me, quod nõ ſenſi, aut non ſenſiſſe quod ſenſi: quorum errorẽ mihi tribui non debere quis neſciat? ſi velut me ſequentes, neque appręhendẽtes, deuiauerint in aliquam falſitatem, dum cogor per quædam denſa & opaca viam carperet. Admonens nos, ponderanda, non autem deglutienda, aut deprauanda eſſe verba ſua. Si-

Quomodo hominis voluntas peruerſa dicatur.

Librũ Auguſtini, qui contra Caluinum eſt, ipſe negat. eũdem deinde, cũ pro ſe aliquid afferre putat, Auguſtini eſſe cõfitetur.

Præuidit Auguſtin⁹ hos futuros Proteſtãtes qui ſuos libros deprauare elaborarent.

† *Diximus. ſup.*

† *Hypo. 3. col. 5.*

† *Cõt. Pig. pag. 103. ex Hypo. li. 3. col. 6.*

† *De Trini. li. 1. c. 3.*

quidem Augustinus minimè dicit, in ea: vt volũtas in se vitiata sit, & de nouo mala voluntas creata: sed, in eo, id est homine, qui totus infirmus factus est, vt suprà declaratum fuit. CAL. Quid si ego vnum Augustini locum in medium promam, vbi palàm ipse fatetur naturã prauã esse factam? CAM. Retractasset se Augustinus, si hanc ineptiam dixisset, qui alibi expressis verbis declarauit integram naturam prauam factam non esse, sed vitiatam & damnatam per peccatum fuisse†. CAL. Hæc Augustini verba sunt: De vitio hîc agitur, quo est deprauata natura bona, cuius vitij author est diabolus: non de naturæ ipsius bonitate, cuius author est Deus, qui neque ab ipsa vitiata deprauatáque natura suam abstulit bonitatem†. CAM. Nónne iustè Augustinus paulò antè conqueritur, quòd non intelligendo, in varios errores multi incurrerent. Ille quidem est, qui si dixit, Vitiata est natura: alio in loco dixit, Sed vitium natura non erat†. qui & nunc dicẽdo naturam vitiatam & deprauatã esse, minimè intelligit naturam ipsam prauã esse. Hæc quidem causa est, cur tantopere erres, quia putas voluntatem infirmari, vel voluntatem sanari: non autem ipsam animam, totúmque hominem sanari atque infirmari seu vitiari: in quo potẽtia ad bene volendum, vel debilitatur vel corroboratur, ita vt sanato vitio, nihil mali adsit†. & rectè: quandoquidem idem Deus, qui naturas bonas cõdidit, faciliùs ex malis, quando vult, illas bonas, sanãdo hominẽ,

† Enchi. c. 11. & 12.

† De nup. li. 2. c. 9.

† De gratia Chri. c. 19.

† Enchi. c. 11.

facere poteſt†. ſic enim loquendo, bonam voluntatem in homine adeſſe intelligimus, quando infirmam vel ſanatam potentiam ad bene volendũ habemus, vt gratia operante deinde homo bonum velit, & cum eadem gratia cooperetur†: à qua ſententia diuertere non potes. CAL. Quapropter? CAM. Siquidem Auguſtinum tu ſequeris, vt hanc deſuper accipiamus bene volendi poteſtatem, cùm præparatur à Domino voluntas†. Per quæ bellè confiteris in aduentu gratiæ, voluntatis præparationem, in ipſa volendi potentia conſiderari, vt noſtrapte voluntate velimus. CAL. Non puto hęc me ſcripſiſſe. CAM. Sic enim Auguſtinum ſequẽs, libro tertio contra Pighium†, inquis: Hanc quoque ad bene viuendum deſuper accepimus poteſtatem, cùm à Domiuo præparatur voluntas. Audi poteſtatem. Putáſne Caluine, hac via te poſſe probare, Adami peccato Liberum arbitriũ extinctum penitus fuiſſe? Audi, quæſo, quid deinceps Auguſtinus ſubiungit. Atque hinc ſic hominem cecidiſſe, vt naturæ bonum perdiderit, pariter & arbitrij vigorem: non tamen electionẽ†. Obſerua verba iſta, vt naturæ bonum, hoc eſt iuſtitiam originalem perdiderit, quod bonum naturæ datum, non autẽ natura erat. Obſerua quoque & illa verba, arbitriíque vigorem. Siquidem non dixit integrum arbitrium perdidiſſe, immò potiùs quòd electio, quam tu ſuprà negaueras†, remanſerit. perſpicuè commonſtrans debilitatum duntaxat Liberum arbi-

De Ciuit. Dei lib. 12. c. 8.

†*Hypo. lib. 3. col. 5.*

† *Hypo. 3. col. 5.*

Caluini cõtradictio.

† *Pag. 100.*

Electio.

Naturæ bonum, id eſt iuſtitiã originalẽ Adam perdidit.

† *De Eccl. dog. c. 26.*

† *Sup. c. 5. §. 1.*

trium fuisse: tametsi electionem liberam ad velle, non autem ad posse haberet. deinde verò, quare electio ipsa homini relicta fuerit, addit: Ne nō esset suum, quòd deuitaret peccatum: nec meritò non indulgeretur, quod nō arbitrio diluisset†. Sed quid vltrà Augustinus docet? Nempe idem Liberū arbitrium debilitatum iam, gratia adueniente bonū operari, inquiens: manet itaque ad quærendum salutem, arbitrij libertas, id est rationalis voluntas: sed admonente priùs Deo, & inuitante ad salutem, vt vel eligat, vel sequatur, vel agat occasione salutis, hoc est iuspiratione Dei†. Ita quidem, vt bene agere, vel non labi, à bono naturæ, vel meriti, solicitudinis nostræ & cœlestis adiutorij pariter sit: labi verò, potestatis nostrę & ignauiæ†. Atque id ipsum in libro de Spiritu & litera cōfirmat†. Vis vt amicè, id quod verum est, tibi dicam, Caluine? CAL. Dic. CAME. Equidem erubescens ista scribo, quòd putem me nausæam quandam in animis lectorum, duas ob res excitare: tum quòd tecum de re tam peruulgata & trita concertare longissima disputatione constituerim: tum quòd nil aliud, nisi Augustinum in ore habere cogar, quem tibi patronum esse prædicas: vt iudicem te condemnantem, illum esse animaduertas. Quod si id mihi accidit, quid de te dicere debeam, qui iudicem vindicantem, à patrono non discernis, tu ipse, qui prudens es, iudica.

† De Eccl. dogm. c. 21.

† vt sup.

† vt sup.

† c. 4. & 8.

Liberū arbitriū gratia assistēte eligit bonum: ea verò desistente, malum.

CAPVT OCTAVVM.

Gratia non intromittitur, homine adulto nihil agente, qui potest illam nolle, & semetipsum, ne illam consequatur, impedire.

CAMERARIVS. CALVINVS.

Inspirationes absque nobis animã intrãt: consentire tamen nostrũ est.

QVEM in modum gratia, cùm infunditur, hominis animam intrat? an homine etiam nihil agente? CAL. In potestate nostra non esse, quin inspirationes Dei in mentem veniant, Augustinus inquit†. CAM. Mox tamen addidit, Sed consentire vel dissentire, propriè volũtatis officium est†. Siquidem hominis est salutaribus inspirationibus, vel Satanæ suasionibus libero cum arbitrio acquiscere†: interim verò Christus extrà manens, sic ait: Aperi soror mea: ecce sto ad ostium, & pulso. Siquis audiuerit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illũ, & cœnabo cum illo†. Audi, aperuerit. CAL. Fateor Christum pulsare: sed pulsandi modus iam expressus est: quippe cum voce & exhortatione nos solicitet. Sed qui mentis oculos aperit, vt intelligatur: ipse & corda aperit, vt exaudiatur. Quid igitur est hominem aperire? monitionem corde recipere, & exhortationi obedire, scriptura dicente, Aperi domine oculos meos.† CAM. Accipiat igitur, obediátque necessum erit, quæ absque proprio consensu perfici ne-

† De spiri. & lite. c. 34.
† De Eccl. dogm. c. 21.
† Aug. in Homel. 12. tom. 10.
† Canti. c. 5. Apoc. 3.
† Instit. c. 2. Anti. sect. 6.

queunt. CAL. Vnde iſta humanæ voluntatis docilitas, vt homo ſe Deo obſequentem præbeat†, cùm idipſum obedire, Dei donũ ſit? CAM. A Deo obedientia eſt†, qui virtutem infundit: ſed non abſque hominis arbitrio libero, Auguſtinus inquit†. Sic enim verba Ioannis docent, qui minimè dixit, pulſabo, & ſi homo non audiat, intrabo: ſed pulſare ſe priùs ait, hominem verò audire: nec proinde tamen intrare, niſi homo audiens, ianuã aperiat. CAL. Falſo igitur Auguſtinus dixit, omnem virtutem infuſam bonam qualitatem mentis eſſe, quam Deus in nobis, ſine nobis operatur†. CAM. Gratiam & gloriã à ſolo Deo dari, omnes ſcipturę teſtantur†, iuxta illud Pauli: Gratia enim ſaluati eſtis, per fidem, & hoc non ex vobis†. ita vt rectè alibi dicat: Quid habes quod non accepiſti?† At ſi quæras, vnde iſta? Continuò reſpondere cogimur: Quia ſolus Deus abſque homine ipſum prædeſtinauit, vocauit, & vſque ad animę oſtium peruenit, vt in proprio Spirituſſancti tẽplo habitaret: in quo nihil adhuc homo præſtat, niſi quia luminis prætereuntis inſtar, animæ oculus, ratio nimirum ipſa, id quod ei offertur, intelligit. Sed quid totũ iſtud, vbi homo ea quæ offeruntur, non aduertat, quãdo aduertendo dicere poteſt: Recede à nobis, quia ſcientiam viarum tuarum nolumus:† Nam & alio in loco ſcriptura dicit: Dedi illi tempus, vt pœnitentiã ageret, & noluit pœnitere à fornicatione ſua†. Siquidẽ Dei dona homo ipſe accipere nõ poteſt, niſi

† De bono. perſe.c.14. & 19.
† De ci. Dei li.14 . 27.
† Epiſt.46.
† De lib. ar. c.18.19.
† Pſalm.83. &.88.
† Ephe.2.
† 1.Cor.4.
† Iob.21.
† Apo.2.

Obedientia Dei d nũ, qua hominis conſenſu præſtatur.

Quomodo illud intelligatur, virtutem ſine nobis in animam infundi.

Quomodo inſpirationes hominis animã intrent.

Pars teſtimoniorum quibus probamus hominem poſſe refutare gratiam oblatam.

consensum suum præstet, Augustino dicente: Nemo cogitur accipere, nisi velit†. Quo fit vt virtus, solius Dei infundentis sit: opus autem à Dei gratia, & homine simul perfectum: quemadmodum paulò pòst dicemus†. Tu quidem id ipsum in libro Institutionis confiteris†, quando Petri exemplum affers, quòd ei inspiratione donum fidei datum fuerit: & tamen Petri consensus, qui suapte voluntate Iesum filium Dei viui confessus fuit, accessit: quem Christus remunerauit. CAL. Pelagianum est, asserere gratiam non aduenire, nisi homo aduentui illius consentiat. CAM. Omnino, si quasi per partes hominem cum Deo agere, dum gratiã infundere vult, intelligamus. Solus enim illam infundit: sed infundere & acceptare, vt saltem non contradicendo, in anima habitet, duo diuersa sunt. quandoquidem si homo adiuuare animum non potest ad intellectum nitentem, non impedire satis est†: Propheta téstante, cùm ait, Dominus mihi aurem aperuit (in quo consistit primum) ego autem non contradico†: quod est secundum: vt tacitè saltem non cõtradicendo, prout poterat, gratiã acceptasse videatur. CAL. Quis Dei voluntati resistere poterit? CAM. Sic enim velle & nolle in hominis potestate Deum posuisse Augustinus inquit, vt diuinam voluntatem non impediat, nec superet potestatem: quando ex his, quæ homines plerunque nolunt, facit ipse quæ vult†. CAL. Optio tibi nũc datur: vtram mauis partem, elige. Si enim dixeris

Caluini cõfessio.

Voluntati Dei quis resistere potest?

† *De spiri. et lit. c. 34.*

† *Infrà. c. 10.*

† *c. 2. pag. 29.*

† *Aug. de immor. animæ. c. 1.*

† *Esaiæ. 50.*

† *De corr. et gra. c. 14*

hominis voluntatem gratię aduentum præcedere, Pelagianus eris. Si verò eam, dum gratia infunditur, cum Deo concurrere, & hoc quoque Pelagianum, quaſi per partes agant. Si autem quòd homo poſt gratiam infuſam conſenſum præſtet, & tunc Deo reſiſtere nequit. CAM. Primam gratiam perpetuò præuiam ineſſe, voluntatem verò noſtram pediſſequam † perſæpe confirmauimus. Alterum itẽ, quòd non quaſi per partes, ſed ſimul cum gratia cooperemur: in quo prima cauſa Deus eſt ſecunda verò homo, palàm profitemur†. Tertium autem, duas ob res malè à te cõſideratur. Primũ, dum minimè cogitas non priùs gratiam (ſicut Ambroſio placet) infundi, quàm Deus hominem non contradicentem cernat, hoc eſt vt in illum gratiam infundat, quem ſuæ vocationi aſſenſurum præſciat†. CAL. Ambroſium nego. CAM. Iamiámque an illũ negare poſſis, lectores iudicabunt†. Alterum item, quia non cõſideras in illo quoque momento, dum Deus ipſe gratiam infundit, liberum eſſe hominẽ, qui operante Deo, operatur & ipſe: ita vt Deo mouente, ſuapte voluntate libera moueatur homo: & eo cõſentiente, nec aliter, gratia infundatur†. CAL. Solus Auguſtinus loquitur. CAM. Propheta teſtatur, quòd Deus mundans, non facit innocentem†. CAL. Quid iſtud? CAM. Facere innocentem eſſet, ſi hominem, qui impius erat, non conſentientem, ſolus Deus innocentem, aut natura ſanctum faceret: ita quidem, vt tametſi poſſit, non eo modo im-

† *Epi.* 105. 106. *ad Bonif.*

† *Infrà. c.* 10.

† *Ambr. ad Rom. c.* 9.

† *Lib.* 4.

† *De gra. et lib. arb. c.* 21.

† *Nahun. c.* 1.

Cur Deus mundando non faciat innocentẽ.

pium iustificare velit, sicut Adamũ in iustitia creauit: immò potiùs hoc aliud existimauit, vt quomodo homo propria voluntate serpentis vocem audiuit, eodem Dominũ vocantẽ vt resurgat, audiat†. in manu cõsilij sui illum, gratia assistente, reponentẽ, vtrum oblatã virtutem accipere, eáque bene vti, an ipsam excludere velit. Et sicut per inobedientiam peccatum intrauit, econtrario per obedientiam saluaretur†. Adhæc, verba Eliæ, atque Elisæi cõsideremus, quando exhibito pallio, relictis bobus, Elisæus dixit: Osculer, oro, patrem meum, & matrem meam, & sic sequar te. Ad quem Elias: Vade, & reuertere. quod enim meũ erat, feci tibi.†. in potestate Liberi arbitrij sui illum relinquens, an oblatam gratiam in pallio susciperet, vel respueret. Quibus fortasse rationibus motus Augustinus, pręclarè scripsit: Qui fecit te sine te, non iustificabit te sine te †. CAL. Interrogandi comma in Vaticana bibliotheca scriptum legitur. CAM. Histrionibus mendacium hoc, comœdiæ illius author, qui hoc vanum subterfugium inuenit, persuadere facillimè poterit, doctis autem viris nequaquam. Siquidem si ita esset (quod negamus) vel nunc fortassis aliquis Lutheranus interrogatoriũ hoc adderet, minimè vni codici magis, quàm decem millibus standum esset: præsertim cùm facilè Augustino dicere fuisset: Qui creauit te sine te, iustificabit te sine te: & minimè negatiuam, non, addere: vt inde interrogandi comma ponere cogeretur. Sibine ipsi Au-

In manu hominis est gratiam velle.

Qui fecit te sine te, non iustificabit te sine te.

† *Distinc. 45. c. de Iudæis.*

† *Amb. Epi. 71.*

† *Reg. 3 c. 19.*

† *De verb. Apost. ser. 15.*

gustinus contrarius erit, qui alio in loco sic ait, Quomodo autem iustificat impiũ nisi credentem & confitentem: quia corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem†. Ille idem Augustinus certè est, qui alio in loco dixit, Qui contradicit, quomodo poterit iustificari? † Siquidem fieri non potest vt nolẽtes credant†. Ecce mi Caluine, quò discipuli vestri peruenerint, vt volentes Augustinum vestrũ facere, cùm semel tantum hoc Augustinũ dixisse putassent, illũ falso transcribant. Vester quidẽ Erasmus typis præfuit, quando Augustini opera impressa sunt, & interrogationis cõma haudquaquam apposuit, tametsi multa falsa, tanquam Augustini censor, qui certè non erat, reliquis addiderit, quemadmodum nos alio in libro, quem in Erasmũ hac de re scripsimus, perspicuè docemus.

† *Aug. psa. 34. et de spi. et lite. c. 5. 9*
† *Super. Io. c. 8.*
† *Aduer. Pela. c. 19.*

Falso Augustinum Protestantes describunt.

CAPITIS OCTAVI.

§. PRIMVS.

An homo, vt materia, se habeat in gratiæ infusione, vel suo consensu, nonnihil agendo, illam acceptare dicatur is, qui potens est eam respuere, & non repugnat.

CALVINVS. CAMERARIVS.

Hoc si clarius exponi tibi velis, sic habe: instar materiæ esse in homine voluntatem, quæ gratiæ operationi subiecta sit, vt ab ea formá accipiat.† CAM. Nónne Augustinus alibi dicit, Nec gratiam sine

† *Lib. 3. cõt. Pigh. pag. 10.*

Neque gratia absque libero arbitrio, neque liberum arbitriũ absque gratia.

Libero arbitrio, neque Liberum arbitriũ ſine gratia ſufficere?† CAL. Fateor, ſed non alio ſenſu, niſi vt Deum in homine, non ſicut in lapide operari ſignificet.† CAM. Negas tu Caluine, in homine ſecũdum naturam natam ac diſpoſitam ad volendũ, voluntatem adeſſe? CAL. Hoc quoque fateor: ſed voluntatem eſſe aio, quæ naturæ vitio praua ſit & contorta. CAM. Chimæra hæc iam excluſa fuit†. CAL. Sit voluntas à natura, quæ non creatione, ſed ſanatione bona fiat: num Deus tunc illam non ſanat? CAM. Vtique. CAL. Hoc ergo Auguſtinus ſenſit, nempe ſine Libero arbitrio non eſſe locum gratiæ. At ſi rationem quæras, reſpondere eueſtigiò cogimur, quia Libero arbitrio, voluntas ſanatur: & in voluntate ſanata, tanquam in materia, deinde gratia agit†. CAME. O bella expoſitio, qua Auguſtinum palàm negare te nõ pudet, cùm inquit: Voluntas humana non tollitur, ſed ex mala vertitur in bonam, & cùm bona fuerit, adiuuatur: † ita vt præparetur potiùs voluntas: & qui boni aliquid eligat, paternis inſpirationibus, ſuorum ipſe tangat corda fidelium†. non autem vt in eo, tanquam in materia agat. Quid hoc eſt Caluine? vt liberum homini arbitrium des, quo homo gratiam impetręt: gratia verò aduenìente, quæ perficit naturam, illius defectus ſupplendo†, & eundẽ hominem liberiorem faciendo†, illud perdat? Dominus enim, dicit, Veri liberi eritis, ſi vos filius liberauerit†. Nónne fabulæ vulgares ac notę omnibus

Proteſtantiũ ſophiſma, vt in ſanata voluntate tanquam in materia Deus agat.

Caluini ſophiſma.

† *De pecc. mer. li.* 2. *c.* 5.

† *Cõt. Pigh. pag.* 10.

Suprà c. 7. *in princip. & .§.*1.

† *Cõt. Pigh. pag.* 110.

† *De gra. et lib. arb. c.* 20.

† *De Eccl. dogm. c.* 26.

† *Tho.* 1 *q.* 1. 8. 2.

† *De ſpirit. & lit. c.* 30.

† *Io.* 8.

istæ sunt? nam hoc Augustinus sensit, qui ostendere potiùs vult, nil gratiam agere, vbi Liberi arbitrij consensus desit. sic enim & Damasceno placuit: quod tametsi quispiam per motum Liberi arbitrij, diuinam gratiam nec promereri, nec aduocare possit: possit tamen se ipsum impedire, ne illam recipiat. CAL. Quo authore Damascenus? CAM. Paulo: qui ait: An ignoras quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Ecce Dei gratiæ oblationem hîc cernimus. Sed quid continuò subiungit? Tu autem secundum duritiem cordis tui

Rom.2. thesaurizas tibi iram†. CAL. Hypocritis ibi Pau-

†Cal. cont. Pigh. pag. 190. lus loquitur†. CAM. O quàm pulchrum diuerticulum hoc quoque est! quid, si hypocritis loqueretur, num peccatores in ipsa hypocrisi peccantes tunc non vocat? num ipsi vocati iam, gratiam negligẽtes iram non thesaurizant? CAL. Nulli hypocritæ Deus spiritualem regenerationis benedictionem offert: tametsi multis benedictionibus indifferen-

Protestantium cauillatio, vt electis duntaxat gratia offeratur.

†Cõt. Pigh. in loco citato & pag. 109. ter iustos ac malos prosequatur†. CAM. Et hoc quoque diuerticulum satis bellum. Negas fortasse omnibus gratiã suam Deum porrigere. CAL. Non nisi electis dicimus exhiberi†. CAM. Cæteris di-

†vt sup. missis scripturis, hanc vnam, ad excludendum hoc nouum philosophandi genus, afferam: cui si respõdere poteris, mox tacebo. Dic, amabo, quid aduersum Malachiam excipis, cùm inquit: Nunquid non

Omnibus gratiam offerri etiam discolis: sed hominem impedimẽto esse, ne gratia intret.

†Matth. 2. vnus est pater omnium nostrûm?† CAL. Vt demus, hîc non Abraham, sed Deum intelligendum esse:

nunquid non de Israële, hoc est de particulari & electo Dei grege, propheta loquitur†? CAM. O quàm bellissimum hoc vltimum refugium. num omnes Israëlitæ prædestinati? CAL. Minimé†. CAM. Nũ partem Israëlitarum Christus hypocritas esse non dixit? CAL. Omnino†. CAM. Ergo reprobatos vnà cum electis vocauit, & illorum patrem Deum esse Malachias testatur, qui simpliciter absque his tuis chimæris loquitur. CAL. Quas tu chimæras vocas, veram Christianam philosophiam ego esse arbitror. CAM. Neque philosophia Christiana est illa, quæ scripturæ testimonium aliquod vel vnum saltem orthodoxum scriptorem non habet: neque etiam naturalis, si nec ratione saltem mouetur. si tamen hoc audire placeat vt dicamus, Caluini opinio contra omnes hæc est: libenter hoc prædicabo. Satis sint ista, vt scias Deum, qui omnes Israëlitas vocauit, omnes Christianos sua æterna prouidentia vocare: non autem omnes prædestinare secundum propositum voluntatis atque præscientię suæ: nos autem iram nobis thesaurizare, quemadmodum fusius explicaui in libro de prædest. Sed vis manu tangere quomodo Deus reprobos quoque vocet: ipsi autem iram in vasis iræ in diem irę thesaurizent? Verba Domini expende quando discipulis dixit: Intrantes autem in domum, salutate eam, & dicite domino domus: Pax huic domui. & si quidem domus fuerit digna, veniet pax vestra super eam. si autem non fuerit digna, pax vestra

† Cal. vt su.

† Rom. 9.

† Mat. 22. & 23.

† *Mat.* 10. reuertetur ad vos†. vbi perſpicuè Dei mandatum cernis, vt indignæ quoque domus vocentur. At ſi quæras quomodó indignæ? Eo nimirũ, modo, quẽ Paulus & Barnabas oſtendunt, quando dixerunt: Vobis prius oportebat loqui verbum Dei: ſed quia expuliſtis illud, & indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Et Stephanus: Duræ ceruicis, incircunciſi cordibus. vos ſemper, ſicut patres veſtri, Spirituiſancto reſtitiſtis. Vbi bellè vides illum indignũ eſſe, qui reſiſtit†. Venit nanque Ioannes Baptiſta, vt omnes crederẽt per illum, poteſtatémq; filos Dei fieri acciperent: nõ tamen omnes, ſaltem temporaliter Ieſum acceperunt. Venit quoque lux ipſa Dei, quæ in tenebris lucet: ſed tenebræ illam non comprehenderunt†. Alioqui cur ſcripturę vbique proclamarent, Tota die expandi manus meas ad populum contradicentem. Vocaui, & renuiſtis†. Gladio corruetis, eò quòd noluiſtis acquieſcere domino†. Quoniam induraſtis cor veſtrum, & noluiſtis obedire Domino. Omnia hæc mala eueniẽt vobis†. Ex te perditio tua Iſraël†. CAL. In his ſententiis minimè de Libero arbitrio agitur? magis autem quomodo ſuo, non alieno vitio Iſraëlitę puniantur†. CAM. Miror Caluine quid tibi venerit in mentem, vt ſic reſpondendum putes, cum duo iſta eſſe videre poſſis. Primum vt Liberum arbitrium ibi oſtendatur: & ſecundum, vt expendamus inuitis nobis gratiã non intrare: quæ ex æquo in citatis ſcripturis probantur. Sed vt os

Homo gratiæ reſiſtit.

† *Acto.* 7. *f.* *g.* & 13. *g.*
† *Io.* 1.
† *Iſa.* 65.
† *Num.* 14.
Iſa. 1.
† *Hiere.* 32.
† *Oſeæ.* 13.
† *Inſtit. c.* 2. *prope finẽ.*

tibi obſtruam, dabo Liberum arbitriū ibi non probari: modò reſpondeas, ſi potes, an Dominus illos vocauerit, eiúſq; gratiā Spirituſſanctus porrexerit, ipſi verò cōtradixerint, Spirituiſancto reſtiterint, ita vt lux in tenebris illuxerit†: ſed propter obicem ab illis poſitū, lumen in mediis tenebris lucens†, extinctū in eis fuerit. Dixerim me daturū, ibi Liberum arbitriū non probari: non quia ita ſit, ſed quia alibi per eundem modū loquendi facilè probatur. CAL. Vbi? CAM. Verba illa conſidera, quæ Deus Moyſi dixit: Vſquequo non vultis cuſtodire mandata mea?† Vbi Liberum probatur arbitrium. Siquidem oblata aliqua re, qui non vult, & velle quoque ſecundum Auguſtinum poteſt†. Ad rem redeamus Caluine, & teſtimoniis ſcripturæ à me citatis reſponde. CAL. Veſtrum magiſtrum ſententiarum ego afferam, quem Scotus ſequitur, dum verba illa, Quotiens volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? hunc in modum intelligunt, nempe, vt nolentes congregauerit. CAM. Contradicentes ac nolentes Deum vocare, atque ignorantes docere, ſic intelligimus: quippe, vt qui antè, dominum ad hoſtium ſtantem audire nolebant, oblatæ gratię, dum trahuntur, cōſentiant, vel ſaltem non contradicant, ſpontéque diſcant. Sic enim Paulus, qui priùs contradicebat, viſo lumine, dixit: Domine quid me vis facere†? quapropter minimè litera dicit: Quotiens volui congregare vos voluntate cōſequenti, & noluiſtis: ſed

Quoniā is qui nolle poteſt, et velle quoque habet: proinde & liberum arbitriū habet.

† 2. *Cor.* 4.
† *Io.* 1. *Prouer.* 20.
† *Exo.* 17.
† *Aug. de actis cum Fœlice. c.* 5. *de grat. & lib. arb. c.* 3. *in fi.*
† *Actorū c.* 9.

gallinę ſimilitudinem affert, quæ pullos non cogit, ſed ſuaui materna voce filios allicit, quaſi hunc in modũ vocatis: robur gratia addat, vt veniant. Ecce, mi Caluine, quò ſuperbia vos Proteſtantes ducat. Putabas ſanè tuo Antidoto omnem authoritatem Synodo Tridentinæ ea ratione auferre, quia diſcipuli tui te loquentem libenter audirent: parum animaduertens reliquos has tuas adinuentiones irriſuros. ſic enim & Martino ſæpenumero cõtigit: quo factum eſt, vt multos retractatorios libros ſcribere compelleretur. Scriptum eſt enim, ira impedit animum, ne rectè poſſit loqui.

CAPITIS OCTAVI.
§. SECVNDVS.

Contendunt Proteſtantes, adhuc abſque hominis Libero arbitrio, gratiam in homine operari, ſed malé.

CALVINVS. CAMERARIVS.

AVGVSTINVS certè eſt, qui dicit perpetuò Deum fidem gignere[†]. CAME. Sic ipſe inquit, vt ſi quis à Deo audit & diſcit, protinus ad Christum veniat. CAL. Cur igitur in hominis optione relinquitis, vt Dei inſpirationem, ſi velit, audiat? Prioris enim ſententiæ authorem habemus filium Dei, qui ſecum minimè diſſidet, vt patris voce audita ad Chriſtũ accedamus.

† De præde. ſanc. li. 1. c. 8. Calui. in Anti. pag. 174.

† Io. 8.

At ſecundum, vt hominis conſenſu fiat, cui acceptum feremus, niſi patri mendacij†? CAM. Optio tua ſit, an è regione mendacium hoc tuum, Satanæ tentanti ego adſcribam: an te verſutum liceat ſalua amicitia vocare. CAL. Qua ex re? CAM. Fingis nanque te quid vox, diſcere, ſignificet, ignorare: & verba Ioannis referens, illa minus rectè refers. Sic enim Auguſtinus ex Ioannis teſtimonio ait, Nullum à Deo audire & diſcere, quin in Chriſtum credat: ita vt aliud ſit audire, & venire, prout tu loqueris: aliud verò audire, diſcere, & venire†. Illa enim tua, duo ſunt: poſtrema verò, quæ Ioannes ſcribit, tria. Da igitur, vt diſcat, & omnia rectè. Siquidem cùm Deus vocat, fieri poteſt vt homo audiens non veniat, conſenſum vocationi Dei diſcēdo minimè præbens†, ſicut in parabola ſeminis patet, in eo qui audit, & non intelligit†. Vbi verò didicit, iam conſenſum præſtitit†, fides gignitur, & ad Chriſtum venit, eò quòd donum tunc accipit à patre, quo credat in Chriſtum†: quod eſt ad Chriſtum venire, Chriſoſtomo teſte: qui ſuper Ioannis euangelium notat, noſtra voluntate, Dei gratia adiuta, ad credendũ opus eſſe†. cui Auguſtinus quoque in eodem loco iterum ſubſcribit†. Quibus perſpicuè patet, gratiæ oblationem minimè cauſam eſſe, cur homo in ſua poteſtate non maneat, vt proprio arbitrio aſſentiatur, vel reſiſtat aduentui gratiæ Dei. CAL. Nónne Deus, antequam contradicant, in animam eorum, qui gratiam reſpuunt,

Caluinus fideliter verba nõ trãſcribit.

Credere nõ dicimus illũ qui ſuapte voluntate nõ credit.

† *Calui. in Anti. pag.* 174.

† *De præde. ſanct. lib.* 1. *c.* 8.

† *De præde. ſanct. c.* 6. *&* 8.

† *Matth.* 13.

† *De præde. ſanct. c.* 8.

† *De præde. c.* 9.

† *Chriſ. ſup Io.* 8.

† *Aduer. Pela. c.* 19.

ipſam infundit? CAM. Aliud eſt illos vocare, gratiam ſuis inſpirationibus offerendo: aliud gratiam infundere. CAL. Fruſtra igitur ſcriptura dicit: Deus tu conuertens viuificabis nos†. Fruſtrà quoque pro peccatoribus oramus, quandoquidem illi contradicere gratiæ Dei videntur, & rebelles ſunt quandiu in propriis peccatis ſibi ipſis placent, & gloriantur in malefactis ſuis†. CAME. Aliud eſt rebelles non conſentientes conuertere, vt impius Dei gratia viuificetur: aliud modum quærere, quomodo doceantur, conuertantur, ac iuſtificentur. Siquidem etſi antè vocationem rebelles erant, tamen audita voce Domini ſpontè accedunt, non neceſſitate aliqua, per quam Liberum arbitrium auferatur, à Domino trahũtur, Chryſoſtomo teſte, qui ait, Quem trahit, volentem trahit.† CAL. Nõ mihi Chryſoſtomi ſentẽtia diſplicet, niſi quia proprio motu, qui ex homine ſit, ſequi oportere intelligit†. CAM. Opinio hæc tua vt voluntas cùm volumus, noſtra, ſed non ex nobis dicatur, ſatis excluſa fuit†. Itidem & illud, cùm ſub clypeo vocabuli neceſſarij, Liberum arbitrium confundere conatus eſt†. Sed præter illa, audi quid tibi Auguſtinus reſpondet: Sicut initium ſalutis noſtræ, Deo miſerente & inſpirante nos habere credimus: ita arbitrium noſtræ naturæ ſequax eſſe diuinæ inſpirationis liberè confitemur†: ita vt Deus author ſalutis ſit, homo verò liberè conſentiendo capax, iuxta illud: Omnes docibiles erũt†. Et alibi, Neque

†Pſal. 64.
†Pſa. 51. 93
†Chryſo. in home. ſuper Io. c. 6. & ibi Auguſt.
†In li. con. Pigh.
† Sup. c. 5. & ſeq.
†Sup. c. 6.
†De Eccl. dogm. c. 21.
†Io. 6. e.

Quomodo nolentes doceantur, et rebelles cõuertantur.
Quem trahit, volentem trahit. Chryſo.
Idipſum ex Auguſtino
Liberũ arbitriũ gratiæ ſequax.

solus Deus absque hominis consensu, neque solus homo absque Dei gratia per Iesum Christum hos bonos fructus producant†. Siquidem scriptũ est, Qui manet in me, hic multum fructum affert†. Sic enim in omni opere sancto prior est voluntas Dei, posterior Liberi arbitrij, id est, operatur Deus, operatur homo†. Sed quid verbis moror? tu quidem dixisti hoc nolle hominẽ habere, quia potest nolle bonum, atque iustitiæ resistere†. CAL. Quo igitur modo ex nolentibus Deus volentes facit? CAM. Inspirando: quemadmodum paulò pòst perspicuè ostendam†. CAL. Num quasi porrecta manu nos accedimus ad Deum? CAM. Non quidem hoc quod Protestantes (quasi nos illud proponamus) improbant dico, vt manu porrecta, per partes agãt: quandoquidẽ Augustinus hoc damnauit†: immò potiùs quòd Deus sua gratia incipiens, intrinsecus operetur, & cum eo homo cooperetur: ita tamen, vt homo liber sit cùm vocatur, gratia duce ad fidelitatem, vel solus ad infidelitatem tendat†. CAL. Ex Augustini verbis elicere promptum est quid velit: nempe tunc nostram esse potestatem & voluntatem, cùm vtraque data fuerit, quemadmodũ ipse ait vtrunque nostrum ideò esse, simul item Dei & Christi, quia eius largitate nobis donatur†. CAM. Raucæ quidem factæ sunt fauces meæ, dum vbique locorum palàm prædico virtutem solius Dei esse, cùm potentiam bene volendi homini sua gratia largitur, & cum homine operatur, vt cooperãdo

Neque De' absque homine, neq; homo absque gratia.

Contrarietas Caluini

Manu porrecta.

† *De pecc. mer. c. 2. et 3.*

† *Io. 15. Au. de gra. & lib. arb. c. 5.*

† *Hypo. li. 3. de Eccl. dogm. c. 51.*

† *Insti. c. 2.*

† *Lib. 2. c. 1. 2.*

† *Aug. de ver. Apo. ser. 11.*

† *De spiri. & tra. c. 9. & 33.*

† *Cõt. Pigh. pag. 113. ex August. de spi. & lite. c. 9.*

† *Sup. per-ſæpe. & infrà c. 10.*

velit atque perficiat opus†. Non quidem hac de re inter nos diſcrimen aliquod: ſed hoc inquirimus Caluine, vtrum gratiam hanc oblatam homo ſuo Libero arbitrio recuſare queat: an ſi eam non negligat, abſque Libero arbitrio quod nihil agat, infundatur? dimiſſis illis Auguſtini doctrinis, quas citas (ad rem noſtram nihil faciẽtibus) his reſponde. CAL. Illum quoque conſenſum, quem in hominis poteſtate vos collocatis, Dei quoque eſſe nos contendimus, dum vires efficaciſſimas voluntati prębet†. CAM. Itáne, vt conſenſus, hominis conſentientis non dicatur? CAL. Non quidem alia ratione Auguſtinus eodem in loco cauſam horum inquirens, dixit: O altitudo diuitiarũ. Non eſt iniquitas apud Deum: niſi quia ille quoque conſenſus ex Deo eſt†. CAM. Sic Deus in cordibus hominum etiam in ipſo Libero operatur arbitrio, vt omnis ſancta cogitatio, pium conſilium, omníſque motus bonæ voluntatis noſtræ ex Deo ſit†, Auguſtinus inquit: cui ſubſcribo, modò eundem Auguſtinum in eodem loco audiamus, cùm ait: Nos poſſumus, quod per alium poſſumus. & alio in loco, Noſtrum non eſt, quin inſpirationes in mentem veniant. Sed conſentire & diſſentire, noſtræ voluntatis eſt†. Nónne ridicula res hæc eſt, ô Caluine, cùm tot ſacræ ſcripturæ teſtimoniis, atque Auguſtini ſententiis, conſenſum ex ipſo homine eſſe probatũ fuerit, propria ceruice illis te reſiſtere, dum veſtrum Auguſtinum eſſe contendis? CAL.

† *Cal. ex Auguſt. de gra & lib. arb. c. 16.*

† *In ſua præ deſt. lingua gallica ſcripta.*

† *De Eccl. dog. c. 26. 27.*

† *De ſpiri. & li. c. 34.*

Parum proficeret Deus voluntatem noſtram excitando, niſi eam ad firmum vſque dirigeret ac produceret: quem in modum nos Liberum arbitrium confitemur, quippe vt in nobis libertas hæc ſit, ſed non ex nobis†. CAM. Vehementer quidem amicitiæ cauſa doleo Caluine, te virtutem iuſtè conſentiendi, quæ vſque ad firmum dirigit, ab ipſo conſenſu qui noſter eſt, diſcernere non nouiſſe: quod ſi noſceres, Dei inſpirationes plus in vnum quàm in alterum venire, recta ratione conſiderare poſſes: non tamen vt abſque hominis conſenſu, etſi vehementiſſimæ eſſent, aliquid agant. Siquidem tunc maius lumen ad conſentiendum hominem inclinare dicemus potiùs, quàm ſine conſenſu illius gratiam operari. Quid enim gratia efficere poſſet, te dicẽte, nil eam agere in homine, qui illum non vult?† Auguſtinum audite vos, qui illum veſtrũ eſſe contenditis, dum ait, cùm audimus: Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit illum: mox animo concipiamus, minimè inuitum, ſed conſentientẽ venire: tametſi ante conſenſum multam expugnationem patiatur†. Auguſtinum veſtrum audite, qui apertè vobis in libro de Gratia & Libero arbitrio oſtendit, etiam vbi Deus aliquid omnino vult, itáque vult, vt homine tanquam inſtrumento vtatur, perpetuò omnia cum libero hominis arbitrio conſummari: aut ſi audire non vultis, illum negate.

† *Cõt. Pig. & in Ant.*

† *Inſti. c. 2.*

† *Io. 6.*

CAPVT NONVM.

Proteſtantes cum Iouinianis atque Pelagianis, non poſſe iuſtificatum hominem à Gratia excidere defendunt: Catholici autem contrà, poſſe.

CAMERARIVS. CALVINVS.

QVEM nouum authorem habes, vt Iouinianorum hæreſim illam nunc renouare audeas, non poſſe hominem à Gratia peccando excidere? CAL. Auguſtinum, cùm ait, Gratiam per nouum Adamum factã, in æternum nos bonos faceret†. CAM. Nónne paulò antè rogaui, vt dimiſſo Auguſtino tu loquaris? Neque enim quid Auguſtinus per hæc verba intellexerit, rectè expendis, quemadmodum ſuo in loco perſpicuè cernes†: neque Auguſtini memor es, qui hanc opinionem damnat†: quinimò & Pauli immemorem te eſſe oſtendis, qui Theſſalonicenſes hortatur, ne Spiritumſanctum ſuis in cordibus extinguant†. CAL. Cauendum à ſocordia, Paulus inquit, quia Dei lumen in nobis ſuffocatur†. CAM. Ingeniũ mirari non deſino tuũ Caluine, ſiquidẽ vbi reliqui tacent, tu ſi bene non potes, malè ſaltem loqueris. Dic quæſo, quis ſtrangulatur? num ſpiritus Dei viui? an potiùs Spirituſſanctus diſciplinæ effugiet fictum:† Quis hanc tibi poteſtatem contulit, vt vbicunque ſcriptura lucidiſſima te condemnat, nouum quendam loquendi modum tibi effingas, quo

†*De cor. et gra. c.* 11.
†*Infrà. lib.* 2. *c.* 2.
†*De hæreſi. nu.* 82.
†1. *Theſſ.* 5.
†*Cal. in eo. loco.*
†*Sapien.* 1.

veritatem obſcurari putes? At quid? ſi Paulus ibi taceret, nónne alibi ſcriptura dicit, Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam?† CAL. Apocalypſis eſt. CAM. Nullum librorum eccleſiæ apocryphum hodie eſſe, in libro de vera eccleſia Dei apertè oſtendimus. Atqui reſpōde rurſum, an Paulum quoque neges, cùm ait: Si quis exiſtimat ſe ſtare, videat ne cadat†. CAL. Quum dicit, ſiquis exiſtimat, ſiue putat ſtare, hominibus praua fiducia elatis eum loqui ſatis conſtat: cùm verò de firma pietate loqueretur, ſtate, inquit, ſtabiles & fundati, radicibus in Chriſto actis†. CAM. Fideles Corinthios quorum fides tribulationibus probatur, Paulus alloquitur, voce exiſtimat vtēs: quia nemo certus de ſtatu ſuo eſſe poteſt†. Verum vbi hoc teſtimonium ſponte neglexeris, eiuſdem Pauli verba illi adde, cùm ait, omnem ſeruum, domino ſuo ſtare vel cadere†. quid illud cadere? Iam ſiles? Vis & aliud? Pauli verba conſidera quando de ſeipſo dubitat, ne interea dum aliis prædicabat, reprobus fieret†. CAL. Vita mea aliis regula eſſe debet, ipſe inquit. Contendo igitur ne doctrinę mores mei & opera repugnent, ídque cum magno meo dolore & graui fratrum meorū offendiculo, vbi ea negligam quæ ab aliis requiro†. CAM. Eò veniſti, vt Pauli verba referre nō audeas. Quid iſtud, vt Paulo dubitante ne ipſe reprobus fiat, tu ad aliorum exemplum illud vertas? Sed quid vbi tua Paulina eſſent, nónne ipſe illa facit, quæ ab aliis exigit? Quid

† *Apo. 3.*
† *1. Cor. 10.*
† *1. Cor. 16.*
† *In lib. de iuſtificatione.*
† *Rom. 14.*
† *1. Cor. 9.*
† *Cal. in eo. loco.*

exigit? ne à gratia excidat. Non ſatis ſunt iſta? Paulum afferam, qui ad Galatas iuſtificatos ſcribens, ſic ait: Euacuati eſtis à Chriſto qui in lege iuſtificamini à Gratia excidiſtis†. Et alibi, inſertos decidere poſſe ſubiungit†. Prophetas id ipſum confitentes audire optas? Dauidẽ de Iuda loquẽtem audi, cum ait: Et noluit benedictionẽ, & elongabitur ab eo†. & alio in loco, Deꝰ ipſe per os prophetę: Si dixero iuſto, vita viues, & fecerit iniquitatẽ: in iniquitate quã fecerit, morietur†. CAL. Cur igitur Auguſtinus dixit, Perſeuarantiã multi habere poſſunt, amittere nemo?† CAM. Duplicem perſeuerantiã Auguſtinus eſſe ait. Primam, quæ vſque ad finem dicitur: in qua duplex Gratia Dei concurrit: Altera nimirum vt homo accedat, altera efficiẽs, vt ab eo diſcedere non poſſit†: de qua Ioannes loquitur cum ait: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos: & poſui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat†. Secundã item perſeuerantiam temporalem, à qua diſcedere valeamus: de qua Auguſtinus alibi loquẽs ſic ait: Si iam iuſtificatus in malam vitam ſua voluntate relabitur, certè iſte non poteſt dicere, non accepi: quia acceptam gratiam Dei, ſuo in malum amiſit arbitrio†. & paulò pòſt: Nõ enim nihil mali fecit, qui bonum deſerit†. vnde dictum eſt de diabolo, In veritate non ſtetit. quia fuit ibi: ſed non permanſit†. Da igitur tu perſeuerantiæ donum vſque in finem adueniſſe, & ego hominem cum Libero arbitrio, à tali gratia non excidere palàm

† *Gal. 5.*
† *Rom. 11.*
† *Pſal. 108.*
† *Ezech. 18. & 33.*
† *De bo. per ſe. c. 6.*
† *De bono. perſe. c. 6. et 7.*
† *Io. 15.*
† *De Corr. & gra. c. 6.*
† *vt ſuprà.*
† *vt ſuprà.*

Protestantiũ sophismata.

confitebor. CAL. Cùm Iesus à nobis perseuerantiam vsque in finem exigit, satis condonatam prędestinatis esse confitetur. CAM. Aliud asserere est, ipsos prædestinatos principio iustificationis necessariò hanc Gratiam obtinere : quod negamus† : aliud verò, vt absque hac Gratia prædestinati homines non moriantur : & hoc acceptamus: quandoquidem prædestinatis omnia cooperantur in bonum : quemadmodum in Petro prædestinato atque iustificato vidimus, qui temporaliter cecidit, antequàm perseuerantiæ donum vsque in finem obtinuisset† : ea verò obtenta, onus martyrij leue sibi fuit. Itidẽ Dauid, immò & Adamus. Sic enim prædestinati temporaliter, possunt è libro vitæ deleri: neque aliud Augustini verba sonant, cùm inquit: Horum fides quæ per dilectionem operatur, profectò aut omnino non deficit, aut siqui sunt, quorum deficiat, reparatur antequàm ista vita finiatur : & delecta quæ intercurrerat iniquitas, vsque in finem perseuerantia deputatur†. eámque ob causam, qui videtur stare, videat ne cadat, inquit Apostolus†. Volũtate enim sua cadit, qui cadit, Augustinus ait: & volũtate Dei stat, qui stat†. bellè docẽs posse nos etiam prædestinatos, ante perseuerantiæ vsque in finem aduentum, à Gratia quando volumus, temporaliter excidere, in qua Dei voluntate stamus, donec nos stare volumus. Voluntate autem nostra sola ab illa excidimus, eò quòd in cogitatione sua vel cadit quisque, vel cum Gratia stat.

Perseuerantiæ donum vsque in finem in die baptismi non datur, non tamen sine eo vita finitur

† *De cor. et gra. c.* 8 *ibi mirandum*

† *Aug. de gra & lib. arb. c.* 17.

† *De cor. et gra. c.* 7.

† *De bono. perse. c.* 8.

Alioqui cur ſcriptura diceret, Ne pereatis de via iuſta?† Auguſtinus ſubiūgit. Sed tunc animaduerte Caluine, quadrifariam hanc gratiam perſeuerantiæ diuidendam eſſe: vt vno modo, Ieſum Chriſtū natura ſanctum fecerit: ſecundo modo, Mariam præſeruauerit: tertio, nos perſeuerantes ad tempus fecerit, non inuitis nobis, ſed Dei lumen acceptātibus: & quarto, quum perſeuerantiæ donum vſque in finem, & in vita & in patria tribuit, vbi neque nos peccare poterimus. Sic enim Auguſtini ſententiæ intelligendæ ſunt, ſicut ipſe ſemetipſum declarat: nempe vt obtenta gratia perſeuerantiæ vſque in finem, ab ea excidere nequeamus: & hoc quidem, non quòd voluntas noſtra libera ad diſcedēdum à gratia non ſit, ſed quia gratia noſtro conſenſu acquiſita, à Domino per ſecūdam gratiam roboratur ne diſcedat: quod à te obſeruandum eſt, ſi Auguſtinianus eſſe vis†. Porrò quid hoc eſt, vt Liberum arbitrium ad malum nos habere confitearis, à gratia verò nos decidere non poſſe, è regione mordicus contendas? Negligis iſta audire? Te ipſum ſaltem auſculta, cùm tibi ipſi cōtrarius, Auguſtinum ad Valentinum ſequens, confiteris, gratia gubernante, ab ea hominem nunquā diſcedere: ea verò deſerente, mox ipſum cadere†. Deſerit autem nos, cùm illam deſerimus. CAL. Cùm ſcilicet in fide peccamus. CAM. Paulò pòſt difficultatem hanc explicabo, an prçter infidelitatem iuſtus poſſit peccare†. interim tamen, quaſi

† De corr. et gra. c. 9. ex Hiër. 9.

Libero cum arbitrio à gratia perſeuerantiæ vſque in finem nō diſcedimus.

† De cor. et gra. c. 8. de bon. perſe. c. 6. & 7.

Caluini cōtradictio.

† Calui. in Inſt. pa. 40 ex Aug. ad Vale. c. 8.

† In lib. 3. c. 8. §. 2.

breuem epitomen, hęc Augustini verba, quib⁹ omnes quæstiones præcedentes amplectuntur, tu qui Augustinianũ te facis, memoriæ manda. Libertati arbitrij sui cõmissus est homo, inquit Augustinus: postquàm verò seductione serpentis per Euam cecidit, naturæ bonum perdidit, pariter & vigorem arbitrij: non tamen electionem. Et paulò pòst, Manet itaque ad quærendam salutem arbitrij libertas, id est rationalis voluntas, sed admonẽte priùs Deo, & inuitante ad salutem, vt vel eligat, vel sequatur, vel agat occasione salutis, hoc est inspiratione Dei. Et iterum paucis interpositis verbis, Initium ergo salutis nostræ à Deo miserente habemus: vt acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est: vt adipiscamur quod acquiescendo admonitioni cupimus, diuini est muneris: vt non labamur in adepto salutis munere, solicitudinis nostræ est, & cęlestis pariter adiutorij: vt labamur, potestatis nostræ est, & ignauiæ†. CAL. Minimè Augustini librum illum esse Erasmus testatur. CAM. Quanta Erasmo fides sit habenda, alibi diximus. Hæc expende Caluine, & Augustinum nega potiùs, quàm eum vestrũ esse falsò prædicare pergas.

Vnica sententia ista Augustini omnes liberi arbitrij quæstiones dirimit.

† De Eccle. dogm. c. 21.

CAPVT DECIMVM.

Quoniam homo gratiæ cooperator est, principiò quid Deus tanquam prima causa, quidve homo, tanquam secunda, agant, summatim explicat r.

CAMERARIVS. CALVINVS.

† De Eccl. dogm. c. 21. & 32.

HIS itaque ad hunc modum explanatis, multis argumẽtis iam vides, quomodo gratia, quę ſemper pręuia eſt, †opus meritorium incipit, & ſola in homine operatur: vt idem homo ſua voluntate pediſſequa, liberè cum gratia operetur: ita vt totum homo, & totum gratia, modò idcirco totum homo, quia totum à gratia†. CAL. Num eo modo, quo nauis à duobus, quaſi per partes trahitur, bonum opus ab vtroque conſummabitur? CAM. Nequaquã: quandoquidem nauis in ſolidum ab vnoquoque non trahitur. CAL. Quem igitur in modum? CAM. Eo modo, quo aër cum ſole ceram molliente cooperatur, dum lumen & calorem à ſole accipit: ſic anima, quæ lumen & charitatis flammas ſuſcipit, cum Domino cooperetur. CAL. Quum hominis & Dei, opus noſtrum meritorium eſſe Pelagiani dicerent, tanquam manifeſti hæretici repulſi fuerunt. CAM. Tria ipſos conſideraſſe alibi dixit†, potentiam nimirum, voluntatem, & elicitum actum, Quorum primum Deo aſſignabant: duo verò poſtrema, ſoli homini tribuebant. Et cùm ſe corrigere Pelagius vellet, hominis & Dei opus eſſe dixit: quaſi per partes, & non inſolidum cooperatum. quocirca tanquam hæretici excluſi fuerunt†. Nos verò, non modò poteſtatem nobis à Deo eſſe, ſed etiam quòd velle & operari Deus operetur in nobis, aſſerimus†. CAL. Centum Auguſtini autho-

Gratiæ primum locũ tribuimus.

† Bern. de gra. & lib. arbi.

Modus quo modo homo cum gratia cooperatur.

Pelagianorũ hæreſis.

† c. 3. ĩ prin.

† Aug. de gra. Chriſti li. 1. c. 6.

† Aug. in loco citato.

Contendũt protestantes opus coõperatũ soli Deo attribui.

ritates, & eo ampliùs ego afferam: quibus patet solius Dei esse integrũ opus, quod vos cooperari cõtẽditis. CAM. Sæpe illa legi, quæ aduersum Pighiũ libro 3. pag 121. ad finem vsque libri illius, & lib. 5. pag. 168. 169. & 170. quasi tibi Augustinus consentiret, coaceruasti. CAL. Quid igitur sentis? CAM. Si antequam typis librum tradidisses, de his me interrogasses, facilè indigestam hanc farraginem vitasses. Vis quidẽ nomine Augustinianus esse, cùm tamen lõgè tua, ab illius opinione, abhorreat. CAL. Responde, si potes. CAM. Augustino subscribimus, multa opera facere Deum in homine bona, quæ non facit homo, modò Augustino tu deinde assentias, multa cum Deo hominem ipsum cooperari bona. Quod vbi confessus fueris, confestim subiungam, nulla opera bona facere hominẽ quæ non facit Deus vt faciat homo†, præter peccatum, sicut scriptum est: Et sine ipso factum est nihil†, sed permissum duntaxat: quandoquidem ille est, absque quo nihil fit, nisi quod aut ipse facit, aut fieri ipse permittit†. CAL. Hominem sic docemus agi Dei gratia, vt tamen simul agat. sic tamẽ ipsum agere, vt penes Dei spiritũ tota sit ac maneat actionis efficacia†. CAM. Quid per hanc efficaciam intelligis? CAL. Minimè sic cooperari hominem cum ipso Deo inquio, vt aliquid de suo admisceat: sed pro mensura solùm quam accepit: vt non aliter agat nisi quod agitur.† CAM. Prima causa Deus est cui totum opus assignamus†: homo verò causa

Totum Deo tribuimus.

† *Cont. duas epi. c. 8.*
† *Ioan. I.*
† *De bon. perse. c. 6.*
† *Cõt. Pigh. pag. 186.*
† *Cal. cont. Pigh. pag. 170.*
† *De bono. perse. c. 6. in fi.*

ſecunda, qui cum gratia deinde cooperatur. Sic enim Auguſtinus docet, cùm ait: Opera quippe bona fiunt ab homine: fides autem fit in homine: ſine qua, illa à nullo fiunt homine. † Et alibi, In omni opere bono prior eſt voluntas Dei, poſterior Liberi arbitrij†. Sic enim iuſtitia, quæ Dei eſt, noſtra dicitur, quia eſt nobis ex Deo†, qui velle & perficere dat pro bona voluntate: ita quidem, vt vtrunque Dei ſit, ſimul & noſtrum vtrunque, quia non fit niſi volentibus nobis†. CAL. Tibi ſubſcribam, ſi dicas beneficium eſſe gratiæ, non facultatem naturæ†. CAM. Gratiæ beneficium eſſe conſentio, ſed ſimul & facultatem naturæ à gratia roboratæ ac præparatæ, queadmodum ſuprà oſtenſum fuit†. Vt ergo Dei miſericordiam quæramus, Dei miſericordia eſt: qui ait, Miſerebor cui miſertus ero, Ambroſius inquit. Omnis igitur illuminatarũ mẽtium pius motus, alienari quidem nõ poteſt à propria hominis voluntate. ſiquidem nil rectè facit, niſi quod volens egerit, ſed vt ad id quod vtile eſt, animi tendat intentio, de illius æternæ & incommutabilis voluntatis inſpiratione concipitur†.

Deus prima cauſa eſt, homo verò cauſa ſecũdaĩ opere cooperato.

† Aug epi. 105. col. 4.

† De Eccl. dogm. c. 27. 51 de præ. & grat. c. 9. de gra. et lib. arb. c. 15

† Aug. de gra. Chri. c. 11.

† Præ. ſanc. c. 3. col. 1. in fi.

† Cõt. Pigh. pag. 222.

† Cap. 5.

† Amb. epi. 205. ad Demedriadem

CAPITIS DECIMI.

§. PRIMVS.

Sacræ ſcripturæ teſtimoniis, hominis cum gratia cooperatio probatur.

CALVINVS. CAMERARIVS.

OPTAREM Camerari, vt ſacra ſcriptura id confirmares, quod Auguſtino & Ambroſio placet. CAM. Cum timore & tremore veſtram ſalutẽ operamini, Paulus inquit. Deus enim eſt qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate†. Audi, operamini vos: audi, operatur Deus: quæ ſic coniuncta, Dei & hominis cooperationem oſtendunt. CAL. Deus omnia facit in vobis, Paulus inquit: ergo cum timore vos illi ſubiicite. CAME. Noli Pauli verba, nouum imprimendo Paulum referre. Siquidem operamini & ſubiicite, duo ſatis diuerſa ſunt. CAL. Cur igitur dicit, Deus operatur in vobis? CAM. Auguſtinus reſpondet, idcirco verba illa Paulum ſubiunxiſſe, ne propter verba quæ præmiſerat, inquiens, Veſtram ſalutem operamini, ſolius hominis eſſe propriam ſalutem operari, putarent: eámque ob cauſam vel vileſcerent, vel ſuperbirent†. Et rectè: quandoquidem aliud eſt Deum operari noſtrum velle, prout litera dicit: aliud verò Deum in homine velle: quod non dicit. CAL. Velle noſtrum, illud ſponte accedere eſt, cùm neceſſariò acti volumus. CAM. Tace Caluine, noli ad vomitum redire. ſat quidẽ eſt huic chimæræ ſemel fuſiſſimè ſatisfactum fuiſſe.† CAL. Progredere. CAM. Ad hæc aliud Pauli teſtimonium citabo, cùm inquit, Plus omnibus laboraui, ecce hominis opus. inde

Velle et perficere operatur Deus: nos autem cooperamur.

† Philip. 2. b

† De corr. et gra. c. 9. de na. & gra. c. 27.

† Sup. c. 6.

verò ſubiũgit, Non autem ego, ſed gratia Dei mecum.† CAL. In me, græca æditio habet. CAM. Quid ſi tibi condouem vt dicat, in me, quid tum haberes? CAL. Gratiæ Dei locum proprium aſſignares. CAM. Potuítne maiorem locum ipſi gratiæ Paulus dare, quàm initio verborum illorum fecerat, Gratia Dei ſum id quod ſum? Siquidem ipſa incipit, ipſa virtutem præſtat, & ſimul operatur, vt homo ſimul cum ipſa cooperetur†. Auguſtinum audi quæſo Caluine, qui nõ idcirco verba illa Paulum, ſcripſiſſe cenſet, vt nobis declaret non Paulum ſed gratiam in Paulo laboraſſe, immò potius, vt verba, quę dixerat, tẽperaret: ne putaſſent abſque gratia plus omnibus laboraſſet†. atque hinc minimè dicit, Gratia in me laborauit, ſed in perſona propria, Ego plus omnibus laboraui: non ſolus, ſed gratia Dei mecum: vnde Liberum arbitrium Auguſtinus haurit†: quod nõ minus hauriret, quã do litera diceret, in me, gratię integrum opus cooperatum aſſignans. Siquidem hoc negari non poteſt, quin Paulus de ſe dixerit, Plus omnibus laboraui, non ſolus, ſed gratia Dei in me, qui præſtitit, vt laborando cooperarer. Puerilia quidem hæc ſunt, eo quòd Catholici palàm confitẽtur, gratiam eſſe, quæ in nobis per operationem & virtutẽ, bonum opus agit: Liberum verò arbitrium, per conſenſum & cooperationem†. Quæ intuens alibi ſapiens ſic inquit: Mitte illam de cœlis ſanctis, vt mecum ſit, & mecum laboret†. Quid tibi diuerticula iſthæc

†1. Cor. 15.

†Eccl. dog. c. 50. 51. epi. 106. ad bo. præde. ſan. c. 3. in. fi. 1. col.

†De gra. et lib. ar. c. 5. & epi. 106

†De ſpir. & tra. c. 34.

†De ſpiri. & tra. c. 34.

†Sapiẽ. 9.

prosunt ô Caluine? Nónne Paulus alibi dicit, In quo & laboro, certando secundum operationem eius, qui in me operatur in virtute?† Audi, laboro certando, audi, operatur in me in virtute. Non quidem adiutorem Deũ tot in locis propheta nominaret (Augustinus inquit) nisi cum Domino cooperando, bonum opus consummaret, ita vt Deus vnum faciat, in altero homini faciẽti cooperetur†. Bonum quidem propositum, subsequens adiuuat gratia: sed nec ipsum esset, nisi præcederet gratia†. CAL. Aut non animaduertis, aut te animaduertere dissimulas, Augustinum in illis libris non ex instituto tractare, quid sit, aut quid valeat Liberum arbitrium: sed quantum occasio ferebat, in alterius argumenti tractatione præmissa verba ibidem diceret†. CAM. Debile diuerticulum isthuc est Caluine. siquidem minimè absurdum est, veram Liberi arbitrij sententiam vnam ponere, vbi de alio Augustinus agat. Locus itẽ congruus est, in quo de Libero arbitrio, hoc modo Augustinus tractet, nẽpe gratiam præcedere omne hominis consilium bonum: quod Pelagiani mordicus negabant. CAL. Opera cooperari Paulus intelligit: non autem Deum operatorẽ esse. CAM. Quis hoc ferat, vt qui paulò antè solum Deum operatorem esse mordicus contendebas, nunc operatorem Deum esse neges? Mendax Marcus, cùm ait, Illi autem prædicauerunt Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis†? Mendax alibi Paulus,

†Colo.9. *†Cont. duas epi. li. 2. c. 8. in fine.* *†Vt sup. c. 9.* *†Cõt. Pig. pag. 112.* *Caluini cõtradictio.* *†Marci. 16*

cùm dicebat: Omnia possum in eo, qui me con-
†*Philip.4.* fortat?† Audi, possum, audi, confortat. Quid enim
†*1. Cor.3.* & illud est, Dei enim sumus adiutores †? Adiu-
tórne dicitur is, qui suapte voluntate nõ coopera-
tur? Quando verba illa vera esse poterunt, Vnus- *Vnusquisque mercedẽ accipiet secundũ propriũ laborem.*
quisque mercedem accipiet secundum suum la-
†*Vt suprà.* borem?† CAL. Hoc testimonio & aliis similibus,
ad stabiliendum Liberum arbitrium Papistæ abu-
tuntur: non quidem, quid valeant homines viri-
bus naturę, Paulus docet: sed quid pro homine gra-
†*Cal. in loco illo.* tia Dei agat†. CAM. Quis negat gratiam efficere,
ac virtutem præstare, vt velimus, operemúrque? sed
vbi proprius labor, si non cooperamur? Quis ad-
iutor Dei? num gratia pro se meritum accipiet,
non autem ipse homo secundum proprium labo-
†*Eccl. dog. 32.* rem?† Gratiǽne Deus dixit, non homini, Rectos *Rectos cursus facite pedibus vestris.*
†*Heb. 12.* cursus facite pedibus vestris†? Non quidem, sed
homini potiùs præcepit, vt rectis passibus ambulet:
vt cùm se nõ posse perspexerit, medicinã requirat,
quæ interioris hominis, ad sanãdam peccati clau-
dicationem, gratia Dei est, per Iesum Christum do-
†*De perfe. iusti. ratiocinatione.6* minum nostrum†. In ore Paulum sanè perpetuò
habetis, sed Pauli verba minimè ponderatis, qui
non dixit, Sufficientia ad bene operandum, solius
Dei in nobis operantis est: sed, Sufficientia nostra *Sufficiẽtia nostra ex Deo.*
†*2. Cor. 3.* ex Deo est†. nostram vocans sufficientiam, quam
†*De gratia Chri. c. 11. de præde. sanct. c.3.* Dei gratia obtinemus†. Quid istud? nisi dicere gra-
tiam Dei in nobis operari, cùm virtutem præbet,
atque suapte voluntate hominem cum operante

gratia cooperari? Quid præterea aliud illud est, cùm Propheta inquit, Omnia opera nostra operatus es tu Domine? † Audi, opera nostra, audi, operatus es tu. Et alibi, Augustinus, Sua dona Deus magis coronat, quum opera nostra coronat†. præclarè docens dona esse sua, quæ virtutem præstant, opus verò simul & hominis, qui cum gratia cooperatur. Quid & illud Caluine, Hominis est præparare animam suam, Dei verò linguam gubernare. Num cum Pelagianis dicemus solum hominem se præparare? an potius hominem proprium cor, Augustini testimonio præparare, non tamen sine adiutorio Dei?† Sic enim scripturas concordamus, cùm vna dicit, Si creditis in Deum, & in me credite†. altera verò è regione respondet, Dei opus est vt credatis†. ita vt Deus cogitare dederit, Deus hominē sua gratia, dum credit, adiuuerit: homo verò credat: quandoquidem credere nostrū nil aliud est, quàm cū assensione cogitare†. cùm minimè Deus sit, qui credat in homine † : sed homo qui audiuit à Patre, ad Christum credendo venit†. Conuertimini ad me, vno in loco dicit†: & alibi, Deus tu conuersus viuificabis nos†. Domine labia mea aperies†. & Dominus ad illum, Dilata os tuum, & implebo illud†. Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite, rursum Propheta ait†. Sed mox Dominum obsecrat, Da mihi intellectū vt discam mandata tua†. Quis enim dubitat, quin Dei sit potestas, faciendi homines Dei

Opera nostra operatur Dominus.

Dona sua Deus coronat.

Hominis est præparare animam.

Si in Deū creditis, & in me credite.

Homo credit, nō Deus in homine.

Cōuertimini ad me.

† *Isa.* 26.

† *De gra. & lib. arb. c.* 6. *in fi. et princ.* 7.

† *Cont. du. epi. c.* 8.

† *Ioan.* 14.

† *Ioan.* 6.

† *De præde sanc.* 2.

† *Vt sup. c.* 3

† *Ioan.* 6.

† *Isa.* 21.

† *Psal.* 84.

† *Psal.* 50.

† *Psal.* 82.

† *Psal.* 93.

† *Psal.* 118.

filios, prædestinando, vocando, & iustificando? & tamen homini potestatem dedit, vt filium Dei se faciat†. nónne cooperari hoc est? Tolle gratiam, & non erit vnde saluetur. Tolle Liberũ arbitrium, & non erit quod saluetur†. Siquidem nec gratia sine Libero arbitrio, neque Liberum arbitrium sine Gratia faciet hominem adultum habere vitam beatam, Augustinus inquit†.

† *Ioan.* 1.

† *Bern. de lib. arb.*

Nec gratia sine libero arbitrio: nec lib. arb. sine gratia.

† *Hypo. li.* 3. *cont.* 13. *Chryso. in Hom. de inuen. crucis.*

CAPITIS DECIMI.

§. SECVNDVS.

Alia Protestantium chimæra hoc loco excluditur, qua probare volunt, hominis factum etsi in cooperatione interueniat, tamen pro nihilo reputari.

CALVINVS. CAMERARIVS.

O VOS bestias omnes, qui homini quicquã tribui posse putatis: ô crassa ignorantia referti, qui vestris chimæris intenti non animaduertitis Dei opus esse, non hominis, opus cooperatum, Paulum apertissimè declarare, cùm inquit: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui dat incrementum Deus.† Eant nunc Catholici, qui frustrà hactenus laborarunt, vt Deo omnia assignemus, qui id in nobis quod sibi placet, & solus nouit cur vni datur, alteri verò non datur†. CAM. Cùm soli Deo tribuamus vt virtutem ad cogitandum, volendum,

Cur opus cooperatũ soli Deo attribuatur.

† 1. *Cor.* 3.

† *Aug. Hypo. li.* 3. *col.* 6.

Virtus solius Dei est opus cooperatum commune: sed soli Deo omnia assignantur.

& cooperandum, nobiscum operando præstet: nõ ita soli Deo opus cooperatum attribuimus, quin homini simul cooperatio ascribatur: quandoquidem verè nostra sunt omnia: sed idcirco Deo & Christo tribuenda, quia eius largitate nobis donantur†. Vtrunque sanè Paulus probat, cùm ait: Secundum gratiam quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui†. Audi, gratiam datam: audi, fundamentum posui. Prima nanque causa Deus est, homo, secunda: cui opus nõ est tribuendum, ne homo aliquid suum esse putet, quod ex se, non autem ex Dei munere consequutus sit†: quinimò, vt dixi, humilem confessionem præcedere oportet, vt totum Deo detur, quicquid simpliciter cum timore Dei petitur, quasi ipsius pietate præstetur †, qui secundum misericordiam prædestinauit, secundum misericordiam gratias suas contulit in tempore, quas ab æterno ad gloriam præparauit, vt homo à gratia adiutus, suopte consensu ad Deum accederet, & cum gratia operante cooperaretur & ipse†. Quapropter vbicunque scriptura docet, vt totum opus Dei misericordiæ acceptũ feramus: simul hominẽ admonet, ne desidiosus esse velit, immò potiùs vt gratia duce ad illum modũ opera Domini, cooperetur, secundum quem Abigaïl Dauidi dixit: Quia prælia Domini, domine mi, tu præliaris†. Liberum nanque est iis qui rationis iudicio nituntur, à gratia discedere: vt non discessisse, sit præmium (Augustinus

† De spi. et lit. c. 5. ibi ergo et c. 9.
† 1. Cor. 3.
† Aug. epi. 46.
† De bono perse. c. 6. in fine.
† Lege ea quæ ĩ libro de prædestinatione scribo.
† 1. Reg. c. 25

inquit) & vt quod non poteſt, niſi ſpiritu cooperante, fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit voluntate non fieri†. Hæc enim fides catholica eſt, quam ſequi debemus, modò de nihilo tanquàm à ſeipſo de propria virtute homo (ſecuncundum Cyprianum) glorietur†, Paulo dicente: Quid habes, quod non accepiſti? Quæ intuens Auguſtinus, cùm ſolueret argumentum illud, Quem vult, indurat, & cuius vult miſeretur (de quo paulò pòſt agam) ſic inquit: Illa omnia intelligere oportet, vel adiuuãte Deo perfici, vel deſerente permitti†. vt nouerit tamẽ, nolẽte Domino, nihil prorſus admitti. Sed quid multis moror? An non & tu idipſum confiteris? CAL. Egóne? CAM. Tu cùm Auguſtinum contra Pighium citas dicentem: Ipſe eſt qui vt velimus operatur incipiens: volentibus verò cooperatur perficiens. vt enim velimus, ſine nobis operatur: cùm autem volumus, & ſic volumus vt faciamus, nobiſcum cooperatur†. CAL. Minimè confeſſionem hanc afferres, ſi ſenſum meũ rectè concepiſſes. Quid enim eſt Deum ſine nobis agere? nempe cùm ex lapidibus filios Abrahæ facit. CAM. Fateor Deum gentiles, qui lapides erãt, prædeſtinaſſe, vt pater gentiũ Abrahã eſſet: at hoc non aliter factum eſt, quàm ſuis inſpirationibus & gratiis in tẽpore præſtitis, quibus homo acceſſit, & cum illo cooperatus eſt. CAL. Quid nobiſcũ agere ſeu cooperari eſt? quippe vt illam, quã cõtulit virtutem, perpetuò auxilij ſui tenore adiuuet, promo-

† Aug. de voca. gentium lib. 2. c. 4.

† De præde ſanct. c. 3.

† De præde et gra. c. 15. in fine.

Caluini cõfeſsio ſibi contraria.

† Cal. pag. 106. ex Aug. de gr & lib. arb. c. 17.

Legite quæſo Proteſtãtiũ ſophiſmata iſta.

ueat, confirmet: cùm ad cuiusque operis effectum, tum ad vltimam vitæ perseuerantiam†. CAM. Fateor. Sed nunquid nos tunc non sumus, qui volumus & cooperamur? CAL. Certum quidem est nos velle cùm volumus, sed ille facit vt velimus bonum. Certum quidem est nos facere cùm facimus, sed vt faciamus ille facit†. CAM. Quem in modũ? CAL. Præbendo vires efficacissimas voluntati, sicut dixit, Faciam vt in præceptis meis ambuletis†. CAM. Voluntas ergo qua homo vult, nostra est: virtus autem Dei. CAL. Scio cauillationẽ hanc, & quò nunc tendere velis video. CAM. Quò? CAL. Dicet quispiam ex vobis: Accepta prima gratia, Deo cooperamur. Siquidem nostra est, quæ Spiritussancti virtute bona facta est volũtas, & per eam nos agimus, acti priùs à Deo: nil igitur mirum, si nobis pars actionis tribuitur†. CAM. Absit vt nos secundũ sensum tuũ ista dicamus. CAL. Quid ita? CAM. Ne cum Pelagianis dicamus, potentiam ad bene agendum, Dei solius opus esse: velle & agere, nostrum†. CAL. Quo authore loqueris? CAM. Ita Deus ex cordibus hominum, atque in ipso libero operatur arbitrio, Augustinus ait, vt sancta cogitatio, nostrum consilium, omnísque motus bonæ voluntatis, ex Deo sit, quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus.† Adhæc exẽplum illud quoque oleastri insiti, quod tu afferre soles† commodum erit, vt Deus radix sit, Christus vitis, nos palmites, à Deo per Christum inserti: qui

† *Cõt. Pigh. pag. 117.*

† *Vt suprá.*

† *Vt suprá.*

† *Dic. pag. 117. & 118*

† *Vt sup. in princ. c. istius dictũ fuit.*

† *De Eccl. dogm. c. 27.*

† *Cõt. Pigh. pag. 117.*

ſimul iuſtitię fructus producimus, & cooperamur: tametſi radix per Chriſtum omnem virtutem ad bene volendum atque operandum præſtet: quemadmodum in ſolutione argumentorum veſtrorum dicemus†. CAL. Fatemur vtrinque laborandum eſſe, atque certandum: neque nos inficiamur eiuſmodi eſſe certamen, quod & ſummam habeat difficultatem, & maximos conatus: totúmque hominis ſtudium requirat. hoc tantùm quæritur, propriáne virtute militemus Deo, an ille ingenium, animum, manus, vires, arma, è cælo ſubminiſtret. Non quidem ſic loquor, quia nihil agamus ipſi: aut quia ipſius impetu, nullo voluntatis noſtræ motu ad opus feramur: ſed quia agimus acti ab ipſo: volumus eo cor noſtrum dirigente: conamur ipſo excitante: conando efficimus, ipſo vires dante, vt nos animata ſimus, & viua inſtrumenta, ipſe verò dux & perfector operis†: & denique mentem hominis fatemur videre, ſed illuminatam. iudicium diſcernere & eligere, ſed ſpiritus directione gubernatum. cor eſſe voluntatium, ſed manu Dei informatum hominem ipſum & conari & agere, & ad Dei obſequium applicare ſuas facultates, ſed pro gratiæ menſura, quam accepit†. CAM. O quàm pulchrã palinodiam omnium quæ in hoc libro dixeras cecinisti! Sed memor ſententiæ illius es ô Caluine: Veritas laborare poteſt: vinci non poteſt. CAL. Sic eſſe rerum experientia ſæpe didici. CAM. Putas nanque verſutiã hanc tuam neminem animaduer-

Verſutia Caluiniſuis voculis veritatem liberi arbitrij ad decipiendã plebem occultare conãtis.

Nota lector & lege quomodo nos Caluinus ſua verſutia fallere conetur.

†*Lib.2.c.4*

†*Cõt Pigh.* 115.116.145.

†*Cõt. Pigh. pag.* 194.

„ tere. CAL. Quam? CAM. Omnia quidem in hac
„ tua palinodia ſecundum rectum ſenſum cõfiteris:
„ at ſi cauſam inquiramus, mox auditores intelligẽt,
„ non alia ratione id factum, niſi vt qui ſcripta le-
„ gent tua, catholicum ſenſum te habere in ipſo rerũ
„ exordio putent: deinde verò, ſi à te quæratur quo-
„ nam modo Dei & hominis cooperatio procedit,
„ hanc veneno refertã confeſsionẽ ad manũ habere
„ ſatis promptã poſsis. CAL. Quid tu mali intrin-
„ ſecus in ea conſiderare potes? CAME. Rogabo te
„ priùs, an abſque neceſsitate homo iſthæc agat.
„ CAL. Neceſſarió.† CAM. Rurſum quæram, an
„ neceſsitas hæc Liberum homini arbitrium auferat?
„ CAL. Penitus illud tollit†. CAM. Hæc ergo fal-
„ lacia eſt, quia hoc verborum inuolucro, quod ſan-
„ ctum in ſuperficie videtur, venenum hoc tegis,
quod alibi pleno ore prædicas, Vigilantium imi-
tando, qui aquam vino miſcẽs, de artificio priſtino
ſuæ venena perfidiæ, catholicæ fidei ſociare co-
natus fuit†: quòd nil mirũ, ſi eccleſiæ aduerſarij in
ſubtili quæſtione ſimplices, iis artificiis irretire
elaborent. Caue ô Caluine, ne illud audias, quod
aduerſum Pighium dicere tu ſoles, nullam neque
veritati magis aduerſam, neque ad excæcandum
hominem capitaliorem peſtem eſſe, præſumpta
falſa opinione: præſertim vbi pertinaciter animo
quis inſidet†. Sic enim Pelagianos è contrario fe-
ciſſe Auguſtinus teſtatur, vt totum principio tra-
diderint Deo, omnémque ſuam mortificauerint

Anguis ſub herbalatẽs.

Vigilantij altera verſutia, quem Quintilianum etiam Hieronymus teſtatur.

Pelagianorũ verſutia

†*Sup. c. 6.*

†*Dixit ſu. c. 6.*

†*Hiero. in epi. aduer. vigilan. to. 2. pag. 41.*

†*Cõt Pigh. pag. 192.*

voluntatem: vt cum apostolo dicere confestim possent: Viuo iam non ego, viuit in me Christus: cor proprium sic ponentes, vt quò voluerit Deus, tandem declinet. Deinde verò non aliter Deum adiutorem esse dicebant, nisi liberum præcederet arbitrium†. Nos autem, non ea ratione ipsi Deo omnia tribuimus, quia nos non volumus, aut nos non agimus: sed quia sine illius auxilio nec volumus aliquid boni, nec agimus: ita vt cùm audimus: Non vos estis qui loquimini: supplendum sit, soli: quandoquidem spiritus est, qui loquitur in nobis. itaque cooperationis actũ procedere intelligamus†, iuxta illud, Sufficientia nostra ex Deo est†. CAL. O vos infœlices, qui hæretici cùm sitis, à concilio Arausicano & sede apostolica condemnati, nos hęreticos esse vbiq; prædicatis†. CAM. Qua de re dãnamur? CAL. Quia dicitis nil agere Deum, nisi homo velit, apprehendat, conetur, obsequatur. Arausicanũ verò concilium, hæreticum præmonstrat illum, qui initium, augmentum, atque ipsum credendi affectum non à gratiæ dono causari, sed naturaliter nobis inesse docet†. Siquis itẽ vt à peccato purgetur, voluntatem nostram spectare contendit, non autem vt etiam purgari velimus, per Spiritussancti operationem fieri in nobis†, illúmque qui sine Dei gratia, volentibus, pulsantibus, laborantibus, petentibus, desiderantibus, Dei misericordiam conferri tradit: non autem diuinitus, vt credimus, velimus, & hęc omnia sicut oportet, agere valeamus,

† De grat. Chri. c. 23.

† De grat. Chri. c. 25.

† 2. Cor. 3. b.

† Cõt. Pigh. pag. 181. 182

† Concilio Arausicano. c 5.

† Vt sup. 6.

Audi lector deliriũ magnũ. Catholicos hæreticos Caluinus vocat: & pro hoc cõciliũ catholicorum affert, nolens conciliorũ authoritati in reliquis parere.

per ſpiritum in nobis fieri confitetur, is anathemate dignus eſt iudicandus†. CAM. Ad hoc veniſti Caluine, vt, ne taceres, Catholicos per Catholicorum concilium hæreticos facias? Salua res eſt. Concilia nanque, quæ tu affers, adamuſſim nos vbique in re hac ſecuti ſumus: palàm contra Pelagium profitentes, Dei virtutem haudquaquam initium vel potentiam nobis ad bene volendum duntaxat præſtare: ſed ipſam quoque voluntatem vt velimus,† ita vt non aliter, q̃ eius virtute & gratia bonũ velimus, quãdocũque bonũ volumus.† Siquidẽ ab eo præparatur volũtas: & vt boni aliquid agat, paternis inſpirationibus ſuorum ipſe tangit corda filiorum†. Rurſum vt non ſolùm potentiam & voluntatẽ, verùm etiã & ipſum actum, quando bonum opus operamur, à Domino qui virtutem præſtat, nos habeamus: † ita tamen, vt ſimul homo cum ipſo Deo integrum opus cooperetur: quæ omnia conciliis citatis ſubſcribunt, quando illos concilia excludũt, qui naturæ hominis, ſecluſa gratia, iſthæc tribuebant. O Caluine, quò tendis? Rectum nanque Conciliorum ſenſum vbique negas: inde verò contortis illorum verbis & ſenſu, Concilia affers.

† Vt ſup. c. 1.

† In prin. c. iſtius.

† De Eccl. dogm. c. 24.

† De Eccl. dog. c. 26.

† Quemadmodũ perſæpe ſuprà docuimus.

CAPITIS DECIMI.

§. TERTIVS.

Quoniam ea potiſsimùm ratione Proteſtantes cooperationem hominis cum gratia Dei negant, vt hominem aliquid agere in animæ præparatione, ſimul & me-

ritum bonorum operum negare poßint: proinde quinque præparationes proponuntur, in quibus quid solus Deus operetur, quidve consensus hominis cooperando prestet, facilè expendi poßit.

CALVINVS. CAMERARIVS.

VIS videre Camerari, quomodo vos scholastici Liberum vestrum arbitrium stabilientes, Pelagianam sectam renouetis? Palàm sanè iamdudum confessus es, ipsum hominem cõuersionem suam, animam pręparando, incipere: quod Pelagianum esse nemo ambigit. CAM. Satius silere esset, quàm malè loqui, iis qui dicta percurrunt, & propter debilitatem stomachi, quæ in illis continentur, haudquaquam digerunt. Dic, quæso Caluine, quid tibi ipsa præparationis vox significat? CAL. Quid tu prius dicas expecto. CAM. Non quidem aliud præparare ex parte Dei est, quàm hominis cor tangere, voluntatémque prauam aptare, vt opus bonum velle queat. CAL. Quo authore loqueris? CAM. Paulus cùm de ipsa aptatione ageret, sic inquit: Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti æterni, dominum nostrum Iesum Christum, aptet vos (seu perficiat vos) in omni bono (seu in omni opere bono) quod placet coram se, per Iesum Christum†. CAL. Cur igitur Scotus cum cęteris, qui ipsum sequũtur, contendũt,

Hominis est animã præparare.

Præparatio animæ ex parte Dei, quid.

†*Hebr.* 13.

vt homo faciens, quod in ſe eſt, ipſe propriã animam ad gratiam præparet? CAM. Sine, vt quinque præparandi modos tibi commonſtrem, quibus rectè perceptis, facilè id quod quæris intelliges. CAL. Perge. CAM. Prima præparatio eſt, quam Deus ab æterno, antequàm homo eſſet, ſolus fecit, præparans electis bona opera, in quibus Libero cum arbitrio ambularent†. Secunda item præparatio à Dei quoque prouidentia proceſſit, dum ſuo generali influxu, hominum voluntates excitando, propria bonitate omnia nobis tribuit, quæ hominibus conueniunt. CAL. Negat Martinus influxum generalem dari†. CAM. Paulum ergo negat, dicẽtem, In eo viuimus, & mouemur†. & alibi, Verbo virtutis ſuæ omnia portat†. Vniuerſam quoque philoſophiam, quæ de prima cauſa id ipſum ſentit, ita vt eo ſic mouente, opera cùm naturalia, tum etiam moralia conſummentur. CAL. Tenes ergo tu, cum ſolo influxu generali nos poſſe in finem pręparare? CAM. Nequaquam, Apoſtolo dicente: Non quia idonei ſumus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt†. Et alio in loco Auguſtinus: Reſpõdeant homines, Ecce idonei ſumus ex nobiſmetipſis præparare cor, ac per hoc, & boni aliquid cogitare. Abſit vt ſic intelligãt, niſi ſuperbi ſui arbitrij defenſores, & fidei catholicæ deſertores†. Non quidem ad naturæ donum, & generalem influxum ſapiens reſpexit, quando dixit: Non poſſum eſſe continens, niſi Deus det†.

Quinque præparationes.

Prima præparatio.

Secũda præparatio.

Negat Martinus influxum generalem.

Vide in noſtro libello: de Præde.

† *In bulla cõt. Leonẽ.*

† *Acto. 17.*

† *Hebr. 1.*

† *2. Cor. 3. b.*

† *Cont. duas epi. li. 2. c. 8.*

† *Sap. 8.*

cùm natura & influxus omnibus detur. Tertia præparatio consideratur, quando homo antequàm iustificetur, à Deo vocatur, & inspiratur, specialíque motu à spiritu Dei, ad diligendum Deum mouetur: in quem tanquàm in finem homo ipse principio credit: itaque motus orat, ieiunat, & cętera eiusdem generis facit. Quam præparationem remotam ea de re vocamus, quia absque vllo merito condigno, sic hominem præparari Deus ipse dat, vt ipsius deinde misereatur: quandoquidem homo ei placere nó posset, nisi vnde placeret, Dei bonitas condonaret†. CAL. Scotus in secundo sententiarum distinct. 28. pro comperto habet, voluntatē informem sola fide duce, naturæ viribus, & influxu generali, de congruo ad gratiam gratificantem se disponere. Et alibi, quarto Sent. q. 2. quòd homo sola influentia generali de congruo se disponat, ad delendum peccatum: ita quidem, vt homo id faciens quod secundum naturam in se est, mox se ad gratiam præparet. in quo Thomæ contradicit. CAM. Rectè Scotus loquitur. CAL. Ergo Thomas malé. CAM. Verbis potiùs quàm rebus dissentiunt. CAL. Cur te istud asserere nó pudet? CAM. Quid Thomas defendit? CAL. Auxilium speciale requiri. CAM. Quid Scotus? CAL. Influxum sufficere generalem. CAM. Contrarium Scotus affirmat. CAL. Facilis quidem res erit ipsum legere. CAM. Nónne Scotus donum fidei præsupponit? CAL. Maximé. CAM. Estne fides

Tertia præparatio hominis à spiritu mouente specialiter moti.

† *Aug. de grat. Chri. c. 15.*

Homo id faciēs quod in se est, ad gratiam se præparat.

Scoti & Thomæ concordia.

generalis ille influxus, an naturæ donum, an potius Dei ſpeciale donum ſupra naturam homini collatum?† CAL. Speciale. CAM. Quid igitur contrarietatis inter hos eſt? CAL. Hæc maxima contrarietas eſt, quia Scotus ſolam fidem ipſi naturæ & generali influxui addit: Thomas verò præter naturam, influxum, & donum fidei, aliud ſpeciale auxilium ſpiritus ſingulariter mouẽtis exigit. CAM. Nuſquam huius copulæ, fidei nimirum, & ſpecialis alterius motus, Thomas meminit, ſed auxilij duntaxat ſpecialis. CAL. Thomæ authoritate excipiam ego, habitum fidei infuſum, non poſſe actu agere, niſi à Domino ſpeciali motu moueatur. CAM. Rectè, vbi actus, qui ſequitur, meritorius eſt. nos autem loquimur in actu immeritorio, vt infuſo dono fidei informis, homo qui Dei influxu motus erat ad aſſentiendum veritati, per donum fidei reuelatæ, ſuapte natura abſque nouo motu moueatur: hoc mihi vel in Thoma, vel in aliquo Orthodoxo ſaltem ſcriptore oſtendant, & tacebo. Idem certè Thomas in Sarraceno tenet, altero de tribus modis moueri poſſe: per fidem nimirũ, vel per prædicantem, vel per aliquod lumen†: non autem coniunctè duo requiri. CAL. Miſer ergo homo, qui ex ſe nihil facere poteſt. CAME. Conſonantia quidem magna illud Anſelmi, ambo concinunt, vt ſi quis non habet gratiam, non propterea ſit, quòd Deus nolit: ſed quia homo non vult accipere, interea dum ad oſtiũ manet pulſans,

† *Ad Gal. 3. c.*

† *Thom. 2. ſen. dis. 28. art. 4.*

lumen quod in tenebris lucet, omnibus offerens. ille verò obicem sua libera voluntate in medio ponit, ne lumen intret, quemadmodum suprà dictum fuit†. Restat igitur, vt nunquam homines non illuminati ad Deum accedant, quotquot accedunt: quoniam nemo per Liberum arbitrium se trahit, sed misericordia Dei trahitur: tametsi tracti libero cum arbitrio accedãt†. Vocati itaq;, vt ipsi quoque pulsent necesse est, & importunè absque intermissione rogitent, vt plenè animam præparent suam. quandoquidem peccatoribus potestatem dedit Christus, vt tracti à patre, filij Dei fiant. Et hos non necessitate, sed libera voluntate trahi, Hilarius inquit†. CAL. Scoto tu adhæres, addito auxilio speciali. CAME. Quis Scoto contradicere audebit, fidelem hominem peccatorem naturæ viribus & fide ad Dominum accedere, Paulo dicente, An ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit?† dicẽs, Exurge, qui dormis, & illuminabit te Christus. Ille nanq; est, qui dixit, Venite ad me omnes qui onerati estis, & inuenietis requiẽ animabus vestris. Quę satis ostendunt hominem esse, qui à Domino suscitatus, suapte voluntate accedit, vt conuertendo se, requiem inueniat, Dei scilicet lumine, quod semper præcedit: & absque quo, spiritus vadens ad peccatum, non autem rediens à peccato, homo ipse est†. Est & quarta præparatio animæ, quæ proxima nuncupatur, dum ipsa iustitia infunditur. tunc enim, quia charitas non posset

† c. 8. & 9.

† De Eccl. dog. c. 45.

† De Trini. lib. 1. c. 1. et 9.

† Rom. 2.

† Pag. 77.

Quartæ præparatio animæ dum fides formatur, & in hora iustificationis, anima ad suscipiẽdã charitatem præparatur

diffundi, anima non præparata . ſiquidẽ Deus, qui charitas eſt, cum peccato habitare non poteſt†: iuſtificando, vtrunque facit, habilem reddit nimirũ, & iuſtificat: quæ etſi ſimul fiant, natura tamen, ſeu origine, ipſa habilitatio pręcedit: quemadmodũ vel hoc exemplo oſtendi poteſt, quando Papa ſciens beneficium ſpurio confert: vt tunc, quanquàm ſimul fiant, habilem ipſum priùs reddidiſſe dicatur. † *Sapi.* 1.

Quinta præparatio per quã ad coronã homo præparatur.

Et his quatuor præparationibus, quinta accedit, quando homo cum gratia cooperando, multa opera (adhuc ſe iuſtificans) operatur: quæ præparatio altera ab illa erit, quando impius iuſtus fit: vel à Domino poſt actuale aliquod peccatum, ad priſtinam gratiam reſtituitur. quandoquidẽ hæc non ſolùm, vt plus ſe iuſtificet, verumetiam ad ſuſcipiendum coronam, fit, vt coronatus regnum cœlorum intrare queat. Quibus hunc in modum explicitis, iam vides quomodo homo faciens, quod in ſe eſt, animam præparet ſuam.

CAPITIS DECIMI.
§. QVARTVS.

Quum Proteſtantes animæ præparationem hoc ordine fieri negare nequirent, quærere rurſum non ceſſant, quiſnam impij conuerſionem incipiat, quando impius iuſtificatur: vt ſciamus quomodo ſententia illa Sapientis intelligatur, Hominis eſt animam præparare: & à Domino reſponſio linguæ: hac via homini præparationem auferre putantes, quia ſolus animam præparare non poßit.

CALVINVS. CAMERARIVS.

DIC, amabo, quis in ipſa proxima pręparatione, quando impius fit iuſtus, conuerſionem incipit, Deus, an homo? CAM. Reſponde tu priùs, num Deus principiò lumen Paulo dederit, quod ipſum extrà quoque circunfulſit, vt cæcus caderet ſuper terram: an verò Paulus priùs dixit, Domine, quid vis me facere? † CAL. Deus. CAM. Quid illud circunfulgere fuit? nónne extrà cingere? CAL. Omnino. CAM. Ad quid? CAL. Hoc ignoro. CAM. Ea quidem ex ratione ſic factum eſt, vt illo lumine ſe cæcum peccatorẽ humi proſtratum propter peccatum cerneret: fidei verò dono intrinſecus illuminatus obtinuit, vt Dominum vocantem in medio peccatorũ agnoſceret. CAL. Cùm hæc ita ſint, cur vos cum Pelagianis defenditis, hominem ipſius conuerſionis initium eſſe? CAM. Quoties vis audire? Hoc enim defendimus, vt perpetuò Dominus ſit, qui incipiat †. Verùm quia quinque ſunt pręparationes, vt vidiſti: hinc hominem à Deo vocatum atque adiutum, ex vna ad vlteriorem præparationem ipſius animam pręparare gratia aſſiſtente tenemus: vtpote, ſi pro exemplo Paulum capiamus, qui à Domino vocatus, poſt lumen & fidẽ dicere cœpit, Quis es Domine? Quid vis me facere? Ieiunauit, atque orauit antequàm Ananias ipſum baptizaret. quod totum pręparare, & ad Deum ſe conuertere fuit: nil aliud cùm

Quis cõuerſionem incipiat, De⁹ an homo.

† Act 9.

† Aug. de gra. & lib. arb. c. 16. et contra duas epi. li. 2. c. 8 & 9.

ſit ex parte hominis ad gratiã ſe præparare, quàm vbi trahatur, ad Deum conuerti: ita vt Deus ipſe voluntatẽ hominis aptans, in omni præparatione præuius ſit, hominis verò voluntas pediſſequa: neq ue aliter præparatio ipſa fiat. Non tamen ſic pediſſequa, vt conſenſus hominis tertiæ remotæ pręparationi adhibitus, antecedens non dicatur, reſpectu quartæ præparationis proximæ. Ad quem modum vna præparatio, quæ Dei virtute atque operatione, & hominis aſſenſu fit, antecedens certo modo ad ſequẽtem dicetur. Hominis verò nullum bonum propoſitũ ſine gratia incipit: cùm nec ipſum eſſet, niſi præcederet gratia†, ſicut ſcriptum eſt, Miſericordia eius præueniet me, & miſericordia eius ſubſequetur me.†ante factũ, in ipſo facto, & poſt factum†. ſic enim Apoſtolus teſtatur, quando gratias Deo agit, qui idem ſtudium dederat in corde Titi.† CAL. Quare hunc in modum catholicos excuſas? Nónne magiſter lib. 2. diſtinct. 26. defendit, quòd ante gratiam præuenientẽ & operantem, quædam bona præcedant libero cum arbitrio facta? CAM. Speciali tamen motu præcedẽte, & abſque merito. CAL. Demus hoc: an non continuò ſequentia verba ſubiungit: Nõ negamus tamen multa ante hanc gratiam fieri bona ab homine per Liberum arbitrium? CAM. Agros nimirum colere, & iſtiuſmodi generis reliqua, non autem ea, quæ in vltimum finem tendunt†. CAL. Si magiſtrum ſic intellexiſſe dicamus, qua via Chry-

† *Aug. con. duas epi. li. 2. c. 9.*
† *Pſal. 58.*
† *De gra. & lib. arb. c. 6.*
† *1. Cor. 8.*
Aug. con. duas epi. li. 2. c. 9.
† *Aug. cõt. duas epi. c. 8. Hypo. li. 3.*

ſoſtomum tueri poteritis, dicentem, Omnia Dei
†*In epi. ad Hebr. ſer. 12.* ſunt, ſed non ita, vt Liberum lædatur arbitrium†?
CAM. Hoc eſt quod nos defendimus. CAL. Sine
me ad rem redire. confeſtim ſubiungit: Oportet
enim nos eligere bona, & tunc Deus, quæ bona
ſunt, introducit: non antecedit noſtras voluntates,
†*In epi. ad Heb. ſer. 12* ne tollatur Liberum arbitrium†. CAM. Sed pro
hoc, Auguſtinum audiamus, cùm ait: Inquit enim *Præparatio cordis quomodo fiat.*
ſcriptura, quòd hominis ſit præparare cor, & à Do-
†*Prou. 16.* mino reſponſio linguæ†. quæ verba non bene in-
telligendo, falluntur, qui exiſtimant, cor præparare,
bonum inchoare, ſine adiutorio gratiæ Dei, ad ho-
minem pertinere. Abſit vt Domino dicente, Sine
me nihil poteſtis facere, ipſi reſpondeāt, Ecce ſine te
poſſumus cor præparare: quia homo pręparat cor,
non tamen ſine adiutorio Dei, qui tangit cor. In
reſponſione autem linguæ, id eſt, in eo quod præ-
parato cordi lingua Diuina reſpondet, nihil operis
habet homo, ſed totũ eſt à domino Deo. Sic enim
†*Cont. du. epi li. 2. c. 8* alibi ſcriptum eſt: Aperi os, & implebo illud†. Quę
verba hunc in modum intelliguntur, nempe vt
tametſi non niſi adiuuante Deo os aperire fas ſit,
nos tamen illius adiumento, & opere noſtro ape-
riamus. Implet autem illud Dominus ſine opere
†*Cont. du. epi. li. 2. c. 8* noſtro†. Sic enim intelligimus, hominis eſſe præ-
parare cor, vt hoc faciat homo à Deo adiutus, cu-
†*Eod. c.* ius eſt voluntatem præparare†: non vt gratia ſe-
quatur, immò potiùs, vt eius ſapientia perpetuò in
†*Prouer. 6.* opere ſe priorem oſtendat†. Sic enim omnia pſal-

morum quoque verba intelligenda ſunt, Diluculo clamare, & cætera eius generis, hoc eſt vt clamauerit in maturitate†. Sed quid eſt clamare in maturitate? nẽpe tunc clamare, quando à Dei gratia præuentus eſt, vt clamet. Siquidem non oraret, non peteret, non pulſaret, niſi priùs à domino pulſatus atque vocatus eſſet. ſecũdum quem ſenſum Chryſoſtomus loquitur, vt priùs eligantur bona, ab eo ſcilicet, qui à Dei ſpiritu motus eſt. Hæc quidem à te expendẽda erant, vt te puderet Tridentinis patribus, illis friuolis conſiderationibus tuis aduerſari: ſat tamen ſit nunc, cernere quàm inutiles ſint illæ quoque contemplationes, quas cum Martino Luthero, libro ſexto contra Pighium fingis: in quibus ſæpe nos Pelagianos vocas, interea dum nil homini abſque ſpeciali auxilio Dei prçuenientis atque adiuuantis nos tribuimus: ita quidem, vt recte dicamus conuerſionem cordis per Liberum arbitrium fieri, Deo totiens dicente, Conuertimini ad me. non tamen ſic intelligendo, vt homo ſolus aut incipiat aut perficiat conuerſionem ſuam. Siquidem cogitare vel perficere, Dei dona ſunt: quç non abſque hominis conſenſu ſubſequente fiunt†. Adhæc eorũ quoque memor eſto, quæ paulò antè põderauimus, vt Domino dicente, Cõuertimini ad me, homo reſpondeat, Cõuerte me tu priùs, & ego conuerſioni conſentiens conuertar†. Sic enim in Threnis orabant: Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Quid illud conuertemur? num dixit,

Clamare in maturitate quid.

† *Pſal.* 118. *vbi dixi.*

† *De præde ſanct. c.* 3.

† *Hiere. c.* 33.

conuerſi erimus, vt nolentes conuertamur? Non quidem, ſed quòd homo à Deo ſuſcitatus, quãtum in ſe eſt, ſeſe couertendo, animam præparet ſuam. Semel enim quod Ioãnes dixit, Sine me nihil poteſtis facere: quandocunque contrà audimus aliquid boni, in hominis poteſtate reponi: ſtatim Dei motum & virtutẽ huic poteſtati addimus. Itidem & quum Deum in nobis aliquid circa noſtram iuſtitiam facere intelligimus, hominis cõſenſu accedente id fieri intelligamus: quemadmodum citatæ ſcripturæ & authoritates docent. Nec aliter Iacobi verba intelligantur, cùm ait, Appropinquate

† *Iac. 4.* Deo, & appropinquabit vobis†: niſi vt Deo priùs trahente, appropinquet homo. CAL. Quid reli-

† *Seſs. 6. c. 6. à pa. 160. vſque 173.* quis, quæ in meo Antidoto attuli, reſpõdes?† CAM. Cùm de ipſa creatione cordis carnei agemus, quæ mea ſit ſententia, videbis. Hactenus ſufficiat veſtris adinuentionibus recitandis, dediſſe locum: quæ ſi coram Platone dicta fuiſſent, proculdubio vos ſacrilegos confeſtim eam ob cauſam appellaſſet: quia ſacrilegi dicendi hi ſunt, qui iudicium rationis ſub

† *Plato in Exameron.* boni ſpecie ſurripiunt†.

DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO, LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Hoc libro Protestantium argumenta dissoluuntur: quorum primum est, Dabo vobis cor nouum.

CAMERARIVS. CALVINVS.

HIS explicatis & constitutis, quæ nostram concertationem faciliorem reddere poterunt, tuum est, Caluine, siqua Protestantes contra philosophos, contra naturæ præscriptum, contra omnes patres tam Græcos quàm Latinos Theologos, & denique contra ipsam sacram scripturam, & confessiones vestras, ad negãdum Liberum arbitrium, mouent, in medium afferre. CAL. Dabo vobis cor carneum, & auferam lapideum, Deus inquit †. Audi, auferam lapideum, & dic malam volũtatem obliterari. Audi, dabo carneum, & dic nouam voluntatem bonam creari: quandoquidẽ cordis vox, pro volũtate & cogitationibus vsurpatur†: ita quidem vt tunc cor rectũ habeamus, quando omnia quæ vult Deus, ipse etiã homo vult†. CAM. Quoniam hac hasta pauperrimos idiotas ad mortem

Primũ Caluini argumẽtũ, quod omniũ Protestantium vice proponit.

Dabo vobis cor carneũ.

† Eze. 11. 36

† Aug. psa. 7. & 77.

† Aug. psa. 100. col. 5.

ferire ſoletis: docebo in primis, per has metaphoras cordis lapidei, duriſſimam voluntatem, & aduerſus Deum omnino inflexibilem, ſignificari†. quando cor lapideum, ipſi Deo rebelle, hoc eſt nõ intelligibile factum eſt, inſpirationes ſupernas minimè ſentiens, iuxta illud Pauli: Tenebris obſcuratúm habentes intellectum, alienati à via Dei per ignorantiam quę eſt in illis, propter cęcitatem cordis eorum†. perinde ac ſi diceret, mente perpetuò in operibus malis actu viuunt, Deíque admonitiones audire nolunt. Ij verò, quorum cor in carnem conuertitur, lumine Dei aduenientе, in medio tenebrarũ audiant intelligántque, & Dei conſiliis docti fiant. pro quibus ſubiũxit Paulus, Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis†: ita vt in aduẽtu gratię, Deus qui verè cor nouum, hoc eſt volũtatem nouam in nobis, vti contenditis, facit†, minimè de nouo ipſam creet: ſed donis Spiritusſancti voluntas noſtra ad malum prona, cùm gratia aduenit, ipſam bonitatem principiò videre incipiat: deinde verò ſanetur: quod eſt cor nouum creare. CAL. Quo teſte loqueris? CAM. Auguſtino, qui ait, Gratia, quæ humanis cordibus diuina largitate tribuitur, à nullo diro corde recipitur. ideo quippe tribuitur, vt cordis duritia penitus auferatur. Quando ergo Pater intus auditur, & docet vt veniat ad filiũ: hoc modo aufert cor lapideum, & dat cor carneum†. & alibi, Voluntas ipſa niſi Dei gratia liberetur à

Marginal notes (left): † *Aug. de gra. & lib. arb. c. 4.* — † *Ephe. 4.* — † *vt ſuprà.* — † *Cõt. Pigh. l. pag. 98.* — † *De præde. ſanct. c. 8.*

Marginal notes (right): *Quid cor carneum, quid lapideum.* — *Quẽ in modum cor nouũ creetur.*

ſeruitute, qua facta eſt ſerua peccati, & vt vitia ſuperet, adiuuetur, rectè piéque à mortalibus viui non poteſt†. Sic enim & aliud argumentum veſtrũ ſoluitur, quando Propheta dixit: Cor mundũ crea in me, Deus. continuò nanque ſubiunxit, Et ſpiritũ rectum innoua in viſceribus meis: per ſpiritũ ſanctum tuum, qui abundè charitatem diffundit in cordibus noſtris†. quem in modum bona voluntas in nobis idcirco à ſolo Deo creatur, quia ipſe ſolus charitatẽ infundit, vt mala arbor, id eſt mala voluntas, quæ in omnibus nõ renatis erat, (ſiquidem bonum ad iuſtè viuendũ, nec velle nec perficere poterant) in bonam arborem, id eſt, bonam voluntatem, gratia Dei conuertatur. Non quidem propheta, Nunc crea, quaſi de nouo fiat: inquit, ſed crea: quaſi dicat, in malitia inueteratum renoua, non vt ex non exiſtente, cor exiſtens faciat, ſic enim ſcriptura hanc vocem creationis, ſæpenumero pro renouatione vſurpat: quemadmodum Moyſis verba oſtendunt, cùm ter ait: Nónne ipſe pater tuus qui poſſedit te, & fecit te, & creauit te?†Neque aliter dum exterior homo corrumpitur, interior renouatur. ſiquidem alter non interficitur, vt alter renouetur: immò potiùs per ea, quæ interficit, viuificat: ac per ea quæ percutit, ſanat†: ita quidem vt mutatio cordis, hoc quo diximus modo, fiat, id planè, quod alio in loco Auguſtinus docet, inquiens: Si quis initium fidei, ipſúmque credulitatis affectum, non gratiæ dono, id eſt, per inſpirationẽ

Cor mũdũ crea in me Deus.

Quomodo bona volũtas creetur.

†*Lib. 1. retrac. cap. 9.*

†*Rom. 5.*

†*Aug. de ver. Dom. ser. 12. de grat. Chri. cap. 19.*

†*Baſilius hom. 9. quòd Deus nõ ſit author malorum.*

†*Baſil. vt ſuprá.*

Spiritussancti corrigentem voluntatem nostram, ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, nobis inesse dixerit, Apostolicis dogmatibus aduersarius approbatur†. Eadem certè litera à te producta, semetipsam declarat, subiungens, Spiritum meum ponà in medio vestri. Ob quę verba: Augustinus verba psalmi 50. explicans, dixit: Neque enim cor eius, quantum pertinet ad naturam cordis humani, quod iam creauerat Deus, sed renouationem animæ demorantis in corde, Propheta postulat†. Miminisse nanque oportet, hominis esse, Dei inspirationes excludere†: quas si non excludit cor carneum seu nouum, minimè homine nihil agente creatur, qui potuit & nollet†. Etenim si per os Ezechiëlis dixit, Dabo vobis cor nouũ†: per eũdem Prophetam addidit, Facite vobis cor nouum, & spiritum nouum†. Non quòd homo cor nouũ sibi facere possit, sed quia illius consensu, ne contradicat, opus est, dum supernæ inspirationes offeruntur. post quas Domino cooperante vult: vt quum homini dixit, Dabo vobis cor carneũ, spiritus oblationem intelligamus: quum verò dixit, Facite vobis cor carneum: ipsum hominis consensum accedere oportere, etiam in volendo, intelligamus. sic enim Pauli verba interpretanda sunt, cùm ait, Renouamini spiritu mentis vestræ: Induite nouum hominem†. CAL. Perinde loqueris ac si tibi permittam ex præceptis colligere, quanta aut qualis sit hominum ad obediendum facultas.

† De Eccl. dog. c. 42.

†Enchirid. ca.31.

†Lib. 1. c. 8.

†vt suprà.

†Ezec. 36.

†Ezec. 18.

†Ephe. 4.

Obserua verba hæc Augustini vt quoties audis scripturã, cordis vocem proponere, idcirco hoc factum esse intelligas, quia sedes animæ cor est, id pro anima petẽs quod cordi tribuit.

CAM. Tuum meúmque ius, libro tertio (vbi de potestate adimplendi legem, agam) examinandum seruo: interim tamen memor esto, non aliam ob causam Paulum dixisse, Expoliantes vos veterem hominem†: nisi quia hominis cõsensu istud fit, Augustino teste, qui ait: Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum: quid aliud significat, nisi voluntates hominis, præuaricatione veteris hominis lapsas, per Christum, nouum hominem reparari, & præparari ad Dei voluntatem? † CAL. Non quidem meum hoc argumentum, sed eiusdem Augustini est†. CAM. Dolus ergo tibi duntaxat ascribendus erit. CAL. In quo? CAM. Quòd Augustini verba diminutè scribas. CAL. Quid Augustinus dixit, quod ego dolo omiserim? CAM. Apertis verbis Augustinus in fine capitis illius, declarat de noua lege euangelica Ezechiëlem in illo loco sensisse, quæ in cordibus nostris scribenda erat, iuxta Hieremię sententiã illam, Dabo legẽ meã in visceribus eorũ, & in cordibus eorum scribã eam†. Sic enim verba ista cordis noui vbique Augustinus declarat†: itáque voluntatẽ nostrã, nostro cõsensu accedẽte, sanaret, roboraret, ac præpararet: vt nos ipsi volũtate, quæ ex nobis est, Dei voluntatẽ, ipso adiuuante exequi possemus: quod aliud est, q̃ deleta prima mala volũtate, bonã creare: & quoddã nouũ figmentum tibi effingere, quemadmodum suprà fusiùs dictum fuit†. En Caluine, nónne tu ille es, qui caput tricesimum primum Hieremiæ citans,

† *Coloss.* 3.
† *Hypo. li.* 3 *col.* 5.
† *De præde. sanct. c.* 8.
† *Hiere.* 31.
† *De spir. et lite. ca.* 19. 20. 21.
† *Lib.* 1. *ca* 7

apertissimè id ipsum confiteris? inquiens: Illic enim Dominus fœdus se facturum promittit, non quidem quod antè pepigerat, quia irritum factũ fuerat defectione populi: sed fœdus nouum, quo legẽ inscribat populi sui cordibus, & visceribus insculpat†. Quæ cùm ita sint, quid inuentiones illæ tuę nunc sunt, quibus hominis consensum excludis? Num lex euangelica homines vel coëgit, vel (vt ita loquar) necessitauit? Quibus fit, vt verba illa, Dabo eis cor carneũ, vt in pręceptis meis ambulent†: hoc sensu intelligantur, id est, faciam vt sponte voluntatem meam faciant, inspirationibus nimirum, & gratia mea. CAL. Hui! Hoc scripturæ testimonium lucidissimum obruere & obscurare vis? Scriptura nanque perspicua est, quæ dicit, Dabo cor, vt in præceptis meis ambuletis: & hoc vos ad nudam virtutẽ restringitis, vt homo inde faciat, quod Deus se facturum dicit. CAM. Minimè deuoranda, sed sicut decet, verba ista consideranda & perpendenda sunt: quandoquidem non dixit, Ego faciam vt nihil vos voluntate, quæ ex vobis sit, faciatis: sed faciam ego, vt voluntatem meam faciatis. CAL. Cur verba aliter describis, quàm in scriptura contineãtur? Non quidẽ litera dicit, faciam vt faciatis. CAM. Quoniam hoc modo eam Augustinus citat, vt factum hominis euidentiùs ostedat†. Audi, voluntatem meam, Caluine: audi, faciam vt faciatis: quæ euidentissimè suapte voluntate ipsum hominem, Dei voluntatem facere de-

† Cal. lib. 6. cõt. Pigh. pag. 199.

† Ezech. 11.

Faciam vt ĩ præceptis meis ambuletis: quod idem secundũ Augustinum est, ac si dicat faciam vt faciatis.

† Hypo. lib. 3. col. 13. de grat. et lib. ar. c. 16. de præde. san. cap. 11.

monstrant: voluntate, inquam, à Domino excitata, adiuta, & illustrata, qui vires efficacissimas præstat, & facit vt nos faciamus†. Porrò quid impedit, quin potentia consentiendi vel dissentiendi in homine adsit, quæ tamen ad actum propter aliquod extrinsecum non deducatur? CAL. Sanè nihil.

†*De gra. et lib. ar. c. 16.*

CAM. Si nihil, ponamus illud extrinsecum à Deo aduenire, nónne dicere tunc Deus poterit, Ego facio vt facias? CAL. Omnino. CAM. Hunc igitur in modum gratia adueniente, vt meritorium opus homo ipse cogitet, velit, eligátque, Deus ipse facit, virtutem præstans actúque operans, vt homo cum ipsa gratia cooperetur†: ita vt quæ priùs simpliciter voluntas erat, bona voluntas ob gratiæ aduentum dicatur. Hoc certè delirium vestrum est, quia sic Liberum arbitrium planè passiuè, vt ita dicam, agere, populo persuadere conamini: vt Deus nudus factor, non autem adiutor quoque hominis sit, cũ bonum opus consummatur. cui sententiæ omnia scripturæ testimonia aduersantur, quæ adiutorem ipsum vocant†. Non quidẽ alio opus erit authore, mi Caluine, vbi tua condemnari poteris confessione. Tu quidem Augustinum sequeris, cùm in lib. de bo. perse. in principio sic ait: Nam cùm dicit, Timorem meum dabo in corde eorum: quid aliud est, quàm, Tantus ac talis erit timor, vt mihi perseueranter adhæreant†? Quod si ita est, quare nõ dicemus, Spiritum meum ponam in medio eorum, qui tãtus ac talis erit, vt cognita veritate, velint? Sic

†*Lib. 1. c. 10.*

† *Aug. de gra. Chri. c. 23.*

Caluini cõfeßio sibi ipsi contraria.

Lib. 2. c. 2.

enim docet Deus (Augustinus inquit) eos qui secundum propositum vocati sunt: simul donans eis quid agant scire, & quod sciunt agere† . Ad quæ animaduertens, de seipso loquens, hunc in modum veritatem hanc testatur: Vocasti, & clamasti, & rupisti surditatem meam, coruscasti, splēduisti, & fugasti cæcitatem meam. flagrasti, & duxi spiritum, & anhelo tibi. Gustaui, & esurio & sitio. tetigisti me, & exarsi in pacem tuam. Hæc itaque prædicate, addentes vt tunc Deum ista incipere intelligant, quando quod bonum est, ipsi optant. eò quòd desiderare gratiam, initium gratiæ est: de quo ait ille, Et dixi, nunc cœpi. hæc est mutatio dexteræ excelsi†. Suadete insuper, vt oblata gratia, quæ cor carneum facere vult, ipsi in maturitate eiusdem gratiæ† cor carneum sibi facientes orent: non autē cum dyscolis dicant, Præcipe mihi quid faciā: & si fecero, agam ego gratias Deo, qui mihi vt facerem dedit. Si autem non fecero, non ego corripiendus sum: sed ille orandus est, vt det, quod non dedit. Quos Augustinus rectè reprehendit†. sic enim loquuntur, quasi Iacobus non dixerit, Si quis non habet sapientiam, oret, & dabitur illi. Ac denique peccatorum animas exhortamini, vt cùm boni desiderium adest, gratiæ Dei initium agnoscant: à quo reliqua petant, Petrum imitantes: qui Domino eum respiciente, fleuit amare, nec compelli aut cogi velint.

† De gra. Chri. c. 13.

Dat prædestinatis Deus quid agant scire & quod sciunt, agere.

† Lib. 10. cōfes. c. 27.

† Psal. 76. Au. de cor. & gra. c. 1.

† Psal. 118. vbi dixi.

† De cor. & gra. c. 4. et 5

CAPVT SECVNDVM.

Gratia ſecundi Adami efficit, vt velimus.

CALVINVS. CAMERARIVS.

Secundum Caluini argumentum. Gratia ſecundi Adami efficit vt velim⁹.

ALIVD eſt dona ſua ipſum Deum afferre, aliud verò corda formare, flectere, dirigere, inclinare vt velimus†. CAME. Num vt gratia Dei, eodẽ modo in anima ſe habeat, quo Satã in arreptitiorũ corporib⁹ ſeſe habet, qui ea loquũtur, quæ ipſi nõ intelligũt? CAL. Sæpe me ex poſuiſſe memini, velle ineſſe homini ex natura: ex naturę verò corruptione fieri, vt non niſi, malè velle poſſimus. eſſe igitur propriũ donũ Dei, & totũ à Deo, vt bene velimus.† CAM. Ex Deo eſſe vt velimus, fateor: ſed totum quod cõſequitur, ita à Deo eſſe, vt ſuapte voluntate liberóque cum arbitrio, homo conſentiendo ac cooperando ſimul non accedat, hoc libro primo negaui †. Agit quippe in nobis (Auguſtinus inquit) vt quod vult, & velimus & agamus: ne ocioſa eſſe in nobis patiatur, quæ exercenda, non negligenda donauit, vt & nos cooperatores ſimus gratiæ Dei:† ita vt extrinſecis ſuaſionibus, vel intrinſecis inſpirationibus, propria voluntate conſentiamus atque velimus: eò quòd ſi Dei eſt inſpirare, noſtrum eſt cõſentire aut diſſentire: in quo Liberum arbitrium conſiſtit†. CAL. Auguſtino aduerſari vis? qui apertè nobis prædicauit, non talem eſſe gratiam Dei, vt cum Adamo

† Cõt Pigh. 197. ex Au. de corr. & gra. c. 11.

† Cõt. Pigh. 199.

† Ca. 8. §. 2. & c. 10.

† De Eccl. dog. ca. 32.

† De ſpir. et lit. ca. 34. et infrà. ca. 5.

bonum velle possimus: sed longè maiorẽ, efficientem vt velimus†. CAM. Cùm has tuas inuentiones alibi excludere cœpissem, tria hac in re cõsiderãda esse proposuit†: potentiam nimirum, voluntatem, & actionem. Quorum primam duntaxat à Deo nos habere Pelagiani confitebantur: nos autem omnia tria à Domino habere, cum Augustino fatemur: sed primam à solo Deo: reliquas verò duas ab homine suapte natura, cum gratia cooperante†. sic enim Pauli verba illa nos intelligere oportet. Deus enim est qui operatur in nobis velle & perficere, pro bona voluntate. quæ nil aliud est quàm ipsa charitas diffusa in corde nostro per Spiritumsanctum†: quippe vt in conferendo potentiam, nil homo agat: in reliquis verò, Dei cooperator sit. quando vbi alia tria præsupponamus, legem, gratiam, & voluntatem: certum est solum Deum in prima iubere: secundam non absque hominis cõsensu animam sanare†: & tertiam cum Dei virtute operãte, simul cooperari†. Quid igitur est gratiam efficere vt velimus? nempe potentiam ad bonum eligendum tribuere: & insuper Deum ipsum per virtutem suam adesse, omnem infirmitatem auferre, atque vt nos nostro consensu id ipsum, quod ipse in nobis vult, voluntate, quæ nostra sit, vnà operando velimus†. Augustinum audiamus dicentem. Non solùm enim Deus posse nostrum donauit, atque adiuuat: sed etiam velle & operari operatur in nobis. Non quia nos non volumus,

† In Anti. sect. 6. ex Aug. de corr. et gra. c. 11.

† Lib. 1. ca. 10. in prin.

† Aug. de gra. Chri. c. 3. 4. 6.

Quid significent verba illa, pro bona volũtate.

† De spir. et lit. c. 33. vide sup. lib. 1. c. 5. §. 2.

† Lib. 1. c. 8.

† Lib. 1. c. 10

† Aug. de gra. & lib. ar. c. 2.

aut nos non agimus: sed quia ſine ipſius adiutorio, nec volumus aliquid boni, neque agimus†. Hunc † enim in modum factum eſt per Chriſtum, qui ſuperna ſapientia eſt, omnia bona ſecum portans, vt ſeptem donis Spiritus adeò roboremur atque doceamur, vt ſpõte, nõ autẽ coacti velimus. quod idẽ eſt, ac ſi diceret, Faciã vt in pręceptis meis ambuletis, faciam vt voluntatẽ meam faciatis. Auguſtinũ nanque vos vno in loco producitis, minimè animaduertentes, quomodo aliis in locis ſemetipſum declaret†. Sed quid? ſi Auguſtinus tacuiſſet, nónne id ipſum adhuc dicere cogeremur? Siquidem nec illis inuitis gratia cum hominibus inhabitare venit†: nec homo ad volendum vel operandum neceſſariò impellitur†. vnde fit, vt nõ abſq; ipſo Deus in homine velit, vel actus elicitos operetur: ſed potiùs dum vult, homo ipſe libero cum arbitrio ſimul operetur†. non ſufficiunt iſta? Alia Auguſtini verba cõſideremus, cùm inquit: Vt enim velimus, ſine nobis operatur Deus: cùm autem volumus, & ſic volumus vt faciamus, nobiſcum operatur Deus†. Vis & à Chriſto hanc ſententiam ſimul audire?

CAL. Matura. CAM. Aut facite vobis arborẽ bonam, hoc eſt bonam voluntatẽ, ipſe inquit†, aut facite arborem malam: per quæ verba alternatiuè loquens, hoc in ſumma dixit, Aut gratia mea comite eligite bona, & eritis arbores bonæ: aut eligite ſoli mala, & eritis arbores malæ. Dixi, gratia comite, quia Dominus eſt, qui operatur in nobis velle &

† *Aug. de grat. Chri. c.25.*

† *Quos ſup. citaui.*

† *Lib.1.c.8.*

† *Lib.1.c.6.*

† *Li.1.c.10.*

† *De gra. et li. arb. c.17.*

† *Mat.12.c. Aug. cont. Iuli. c.3.*

†*Phil. 2. b.* perficere pro bona voluntate†. Quid enim euidentius dicere potuit? vt Dei virtute, & nostro consensu libero, qui vtrunque tunc potest, bonum velimus†. Sic enim donum fidei, solius Dei esse confitemur: actum autem credendi simul & nostrum, quum Patre trahẽte discimus, & ad Christũ imus†. Non quidem Paulum negare audebis, qui rem hãc satis apertam ita se habere nos docuit, cùm dixit: Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis, pro vobis. Ecce hominis actus, quem Libero arbitrio consummat, dum Paulus hoc ab ipsis petit: deinde verò subiungit: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur. Propter quid? Vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine†. Per quæ verba, gratiæ vigorem ostendit: ad quam suscipiendã, nostram debemus accommodare voluntatem†. O Caluine, quare discipulis non prædicas, ex eodem Augustino intellexisse te gratiam futuram patriæ, quæ efficit, vt perpetuò velimus, minimè absque nostro Libero arbitrio id effecturam?† Qua violentia impediris, vt verba, quæ paulò pòst in eodem cap. XI. de correct. & gratia, à te citato, Augustinus euestigiò subiungit, silentio prætereas? CAL. Quæ? CAM. Nónne confestim dicit: Prima ergo libertas voluntatis erat, nouissima erit multò maior, nõ posse peccare†. Audi primam libertatem: audi,

† *Aug. cõt. Fort. col. 10. et cont. Fæ. lib. 2. c. 4.*

†*Sup. lib. 1. c. 8. & 10. hoc ostendimus.*

†*Ephe. 3. c.*

† *Aug. de ver. Apo. serm. 7.*

†*Lib. 1. c. 3. §. 2. hoc patet.*

† *De corr. & gra. c. 11 prope finẽ.*

ſecundam multo maiorẽ. Quod ſi ita eſt, quare id ipſum nõ dicemus, vbi perſeuerantia vſque in finẽ à Domino datur? Cur non id ipſum in temporali perſeuerãtia, & multò magis cùm incipimus principiò bonũ velle, vt cũ libertate velim⁹? Dic amabo, Caluine, qua via defendere poteris, gratiam ſecundum ſenſum tuum efficere vt velimus, hominem neceſſariò ad eliciendum hunc vel illum actum impellendo, ſi non ſolùm conuictus es, primam illam gratiam, qua Dominus efficit vt velimus, hominem repellere poſſe†: verùm etiam vt ab illa quam acceptauit, excidere queat†? †*Lib.1.c.8.* †*Lib.1.c.9.*

CAPVT TERTIVM.

Contendunt Proteſtantes, hominem in operibus bonis, tanquam materiam ſeſe habere.

CALVINVS. CAMERARIVS.

3. Caluini argument. Lutum.

SICVT lutum in manu figuli, ita vos in manu mea, dicit Dominus†. CAM. Non aliam ob cauſam fuſiſſimè omnes veſtras opiniones libro primo refellẽdas eſſe duxi, niſi vt moræ nobis in ſolutione veſtrorum argumentorũ minimè eſſent. ibi ipſum hominem tanquam materiam ſeſe non habere probaui†. Quomodo autem Deus vt figulus ſe habeat in luto, in eo libro quem de prædeſtinatione ſcribo, in explicatione verborum Pauli, quantum hic ſenſus veſter à Pauli ſententia abhorreat, liquidò patebit. CAL. Liceat mihi aliqua

†*Hiere. 18. d.* †*Lib.1.c.5. §.2.*

afferre, quæ libro primo expoſita & patefacta non ſunt. CAM. Perge. CAL. Duo Paulus ſimul alibi dixit. Primum, ipſius facturam nos eſſe in Chriſto Ieſu. deinde verò ſecundũ ſubiungit, creati in operibus bonis†. CAM. Ita eſt. CAL. Quid igitur aliud eſt creari, quàm nil ex ſe hominem ad bene volendũ habere? immò potiùs, quia ſic creatus eſt, propterea bonum operetur. Eant ergo ſcholaſtici, qui voluntatem ad bonum, quę ex homine ſit, homini attribuunt. Hanc enim ob cauſam Auguſtinus dixit: Domine, da quod iubes, & iube quod vis†. CAM. Poterat ſine his verbis cœna duci, quandoquidem iamdudum quid ſit illud creare, multis ſacræ ſcripturę teſtimoniis patefactum fuit, vt cum hominis Libero arbitrio fiat†. Neque Auguſt. dixit, Tu ſolus fac in me quod iubes, & iube quod vis: ſed virtutẽ à Deo adiutore petit, vt ſimul cum eo operari poſſit: ſciens Deum adiutorem noſtrum dum cooperamur eſſe†. CAL. Quem in modum creati ſumus ad opera bona, ſi cum Domino ipſa opera bona ſimul cooperamur? Reſponde, ſi potes. CAM. Creati in operibus bonis omnes hi ſunt, qui à Domino prædeſtinati fuerunt: quandoquidem nil aliud ipſa prædeſtinatio eſt, quàm præparatio beneficiorum Dei†, inter quæ ipſa opera bona futura connumerantur, vt omnia ad ſalutẽ tendant†. Atqui non propterea ſequitur, ergo illa opera ſolius Dei, aut neceſſaria ſunt: immò potiùs vt eo modo opera bona præparata actu fiant, ſicut reli-

Margin notes:

Dei enim factura ſumus creati in operibus bonis.

† *Ephe. 2.*

Da quod iubes, et iube quod vis.

† *Lib. 10. confeſs. c. 31 de bo. perſ. c. 20.*

† *Lib. 1. ca. 7. §. 1.*

† *De grat. Chri. c. 23. & 14.*

† *In lib. de præd. c. 2.*

† *Vt ſuprà.*

quæ ſcripturę ſupplēt: hoc eſt,opere Dei,& hominis cooperatione:quemadmodū libro primo fuſiſſimè expoſuimus†.Hinc ſanè Paulus mox ſubiunxit,Vt in illis ambulemus: eo nimirum modo, ſecundū quem cum Domino ambulamus.Sic enim è contrario alia Pauli verba intelligenda ſunt,cùm inquit:Cum metu & timore veſtram ſalutē operamini.vt hoc totū ab æterno prædeſtinauerit Deus, vocauerit,& cooperatus fuerit: tametſi homini dicat,operamini†. CAL. Alia aggrediar via,qua probabo ſolùm paſſiuè ſe hominem habere. CAM. Expecto quid dicas. CAL. Quid homines mortui præſtiterunt,quando Chriſtus mortuos ſuſcitabat? CAM. Nihil. CAL. Neque ergo & renaſcendo. CAM. A naturali reſurrectione,ad ſpiritualem ineptè arguis. ſiquidem cum miraculo homo reſurgit,eo inſcio, nullúmque conſenſum habente:negocium à ſolo Deo conſummatur.quum verò ſpiritualiter reſurgit (de adulto loquor) non abſque ipſius conſenſu fit:qui gratiæ Dei conſenſum præſtat:ac motus,mouetur in Deū, & in deteſtationē peccati: quemadmodum ſuprà lib.primo demonſtratū fuit†.Tu quidē Caluine idipſum in tua Inſtitutione cōfiteris†.Quare nulla op⁹ eſt diſputatione.

Cum timore et tremore veſtram ſalutē operamini.

Merè paßiuè arbitriū ſeſe habere Proteſtātes probare nituntur.

Argumētū à reſurrectione mortis naturalis, ad ſpiritualem non valet.

† c.10.

†Philip.2.

†Lib.1.c.8.

†Inſtit.pa. 158.& 159.

CAPVT QVARTVM.

Conantur Proteſtantes Ioannis authoritate, probare nil hominem agere, quia Dominus dixit, Sine me nihil poteſtis facere.

CALVINVS. CAMERARIVS.

EGO ſum vitis vera, vos palmites, Ieſus inquit. Sicut palmes non poteſt facere à ſeipſo fructum, niſi manſerit in vite: ita neque vos, niſi in me manſeritis: quia ſine me nihil poteſtis facere†. CAM. Sicut aliud eſt vitis, aliud palmes, aliud radix, ſic metaphorica locutio hæc, pro radice Deum oſtẽdit, pro vite Chriſtum, pro palmite hominem: bellè commonſtrans non poſſe hominem abſque gratia per Chriſtum factã, bonũ aliquod operari: non autem negat nos vnà cum Chriſto optimè operari. Lactantibus quoque, libro primo iſta aperta fuerunt. CAL. Si hæc omnia ſic nobis à natura eſſe indita intelligas, vt iudicium quo eligamus, voluntatem qua velimus, & conãdi potentiam, qua conemur, habeamus: nihil repugno, modò & voluntatis & iudicij & conatus rectitudinem, ſola gratia nos obtinere ſimul fatearis. eò quòd hæc tria naturali prauitate corrupta ſint in nobis†. CAM. Quid veritati obeſſe hæc tua noua contemplatio poteſt? Neque enim cum Pelagianis, ſic Liberi arbitrij robur extẽdo, vt ſolus homo palmes abſque gratia Dei, quæ radix eſt, aliquid in bono, & abſq; Chriſto, qui eſt vitis, poſſit, Domino dicente: Sine me nihil poteſtis facere: quando hæreticũ hoc aſſerere eſt, Si volo, hoc bonum ſolus ago: Si nolo, hoc malum non ago†. Neque cum Caluino confitebor, propterea omnia ipſi

Quartum Caluini argumentum

†*Cal. cont. Pigh. pag.* 224.

†*ca.10.*

†*Cal. cont. Pigh. pag.* 225.

†*Au. Hypo. li.3. co.3*

gratiæ tribuenda esse, quia natura ipsa sic corrupta sit, vt praua dicatur. hoc enim falsum est, quemadmodum libro primo explicatum fuit†. Sed tertiam viam mediam eligo, vt natura idcirco corrupta dicatur, quia infirma facta est. aliud subiungens, nempe vt cùm à gratia sanatur, roboratúrque, suapte volũtate vnà cũ operante Domino palmes operetur: & qui solus sine gratia per Christũ facta nihil agere poterat, cũ ipsa possit, & meritorios fructus producat†. Itáque eũ à seipso solo fructũ facere nõ posse: sed tantũ in vite, nõ autẽ ipsum nihil agere in vite intelligere debemus. CAL. An hæc quęso inter se opponi negabis à seipso & in vite?† CAM. Nemo quidẽ palmitẽ à seipso vuã ꝓducere in vite negare potest: tãetsi extra vitẽ à seipso tanquã à virtute propria, quæ solius palmitis sit, nil agere possit. agit nanque ipsa, sed virtute vitis atque radicũ. sic enim spiritus noster, qui vnus cum spiritu Dei gratia adueniente fit, à seipso bonos fructus producit, dum insitus in Christo tanquam in vite manet, & vnà cum Dei gratia operatur. CAL. Tantũ valent verba ista, Sicut palmes non potest à seipso ferre fructum, nisi manserit in vite: ac si dixisset, à vite extractum seu separatum†. CAM. Fateor sic esse, vbi scissus est palmes. tunc enim in ignẽ mittitur vt ardeat. Sed cùm manet in vite, à seipso fructum producit, quemadmodum continuò litera subiungit, dicens: Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multũ.

†*Lib.1.c.7.*

†*De perfe. iust. rõne.3 et suprà li. 1.c.7.et 10*

†*Cõt. Pigh. pag.226.*

†*vt suprà.*

Obſerua vocẽ, hic, vt videas palmitem in vite fructum multum afferre. Verba illa expende, Caluine, ſi mãſeritis, ſi non mãſeritis, non idcirco dicta eſſe, quòd Deus tanquàm in materia ſolus fructificãdo operetur: immò potiùs quòd in hominis poteſtate ſub gratia cõſtituti ſit, diſcedere vel manere gratia aſſiſtente, vt per hoc intelligamus, minimè Domino non adiuuãte nos aliquid boni facere poſſe: nil quoque mali eo nõ deſerẽte†: nos verò fructũ multum ferre donec mãſerimus in vite. Hæc tria argumenta tua diluenda erãt, quæ cõmodè libro primo ſolui non poterãt. ecce iam ſoluta ſunt: & cùm cætera ibi refellerimus, quid amplius loqui poſſis nõ video, ſi diſputare, non autem contradicere velis.

† *De bono. perſe. lib. 2. c. 6.*

CAPVT QVINTVM.

Argumenta Martini reliqua obiter percurrimus, vt ſiqua vtilia noſtro labore Roffenſi eius concertatori doctiſſimo addi poterunt, minimè lectores prætereant.

CALVINVS. CAMERARIVS.

PATERE vt Martini & ſociorũ alia argumenta addam. CAM. Antequã diſputare incipiamus, lectores tria debẽt ſcire. Primũ, aliud eſſe Liberũ arbitriũ, qũo homo in his quæ ſecundũ naturam ſunt, velle, nolle, optare ac perficere abſque merito poteſt, vtpote edere vel nõ edere: dormire, nõ dormire: vineas plãtare, vel nõ plantare: & id genus reliqua, in quibus Liberũ arbitriũ homo habet†. Aliud verò, hęc eadem ſupra naturæ vires meritoriè hominẽ ipſum

† *Aug. hyp 3.*

agere, in quibus liberatum Liberum arbitrium habeamus oportet, gratia Dei per Iesum Christum facta: qui verè nos liberauit, & adiutor noster in ipsa boni operis cooperatione est. quo planè modo Liberum liberatum arbitrium ad iustè viuendum hominem habere dicimus †. Alterum, aliud esse, hominem natura posse dissentire & consentire, quando gratia Dei offertur: quod naturæ Liberum arbitrium vocamus †. idcirco naturæ, quia solius naturæ ope potest oblatam gratiam respuere †. Capax item gratiæ est, vt non contradicendo gratia comite possit consentire †. Tertium, hominem qui nec velle nec perficere ante gratiæ aduentum habet, à spiritu mouente motum, quod bonum est optare posse, quemadmodum in statu iræ, propheta dixit: Vtinam dirigantur viȩ meæ ad custodiendum iustificationes tuas †. & alibi Paulus: Nō quod volo bonum, sed quod nolo malum, hoc ago †. CAL. Quorsum tendis? CAM. Nempe vt his hunc in modum explicatis, quid in causa sit, cur homo gratia desistente, ad bonum nihil possit, tametsi Liberum arbitrium habeat: ea verò assistēte, libero liberato arbitrio, bonum opus meritoriè perficiat, cæteri intelligant. CAL. Quid si ista dedero? CAM. Euestigiò omnia Martini argumēta in fumū resoluentur. CAL. Incipiam igitur illa recensere. CAM. Perge. CAL. Textū Geneseos VI. & VII. Martinus ponderat, vbi Dominus declarat cogitationem hominis ad malū pronam esse omni

† *Aug. de corr. et gra. c. 13.*
† *Cont. du. epi. li. 1. c. 2. et lib. 3 c. 4 De natu. et gra. ca. 43. Ench. c. 30.*
† *De spirit. & lit. c. 34 de corr. & gra. c. 13.*
† *Diximus lib. 1. c. 8.*
† *Psal. 118.*
† *Rom. 7.*

tẽpore. CAM. Omissis aliorũ optimis solutionibus, id est, ibi non de omnibus cogitationibus Moysen loqui, vel pro illo tempore sic fuisse loquutum, aut promptitudinem illam libero cum arbitrio aliqua cum difficultate refrenare nos posse: respõdeo ego, his verbis Liberum arbitriũ statui. Nam cùm dicit hominem ad cõsentiendum malo pronum esse, Liberum arbitrium statuit: quãdoquidem qui pronus ad eligendum peccatum est, potest & nolle peccare: vt peccatum, ad quod pronus est, voluntarium sit, iam libro primo in hac re conuictus es.† CAL. Hoc saltem fateri cogeris, eum qui malam cogitationem habet, nullam bonam ad præparandam animam habere. quod cùm ita sit, vbi hominis præparationes, quas suprà aceruasti? † CAM. Nullam ego præparationem proposui, cuius initium Deum esse non dixerim. CAL. Maximè verba illa ponderanda sunt, cùm ait, Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. quòd si caro, quæ amicitia cum Deo, cui caro inimica est? † qua via inimicitia ad gratiam se disponet? CAM. Quanquam caro nostra in se bona est†, tamen si mala esset, illa amicitię ineundæ esset ac suppeteret via, quam Dominus commonstrauit, quando dixit, Inuentus sum à non quærentibus me†. in medio tenebrarum lucem immittẽs†. quam quotquot receperint, potestatem eis dedit filios Dei fieri†. Non quidem quia caro est, propterea Liberum arbitrium non habebit, vt oblato lumine

† Cap. 6.

† Lib. 1. c. 10.

Argumentum secundum.

† Gene. 6.

† Aug. de continẽtia. c. 9. & de Eccl. dog. cap. 76.

† Isaïæ. 55 d.

† Hiere. 23.

† Ioan. 1. c.

consentire vel dissentire possit: tametsi ad iustè viuendum, dum caro duntaxat ante gratiam est, Liberum liberatum arbitrium non habeat†. CAL. Suscepit duplicia de manu Domini (Esaias inquit) pro omnibus peccatis suis. CAM. Non quidem recipere duplicia (secundum Hieronymum & Origenem) in gratia exemplum proditur, sed in pœna: vt bis Hierusalem, primò à Babyloniis, secundò à Romanis pro peccatis suis fuerit diruta & euersa. At quid si pro gratia duplici stet? nónne homo, qui Liberum liberatum arbitrium habet, duplicia à Domino pro peccatis accipit? Liberum nimirum arbitrium dono generali, & Liberum liberatum arbitrium dono speciali, in gratiæ aduentu? CAL. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos fœni. exsiccatum est fœnum, & flos cecidit, quia spiritus Domini sufflauit in illud: verbum autem Domini manet in æternum†. CAM. Cùm Dei spiritus iratus hominem gratia nudatum inuenit, si illum affligere vult, fœnum & flos cadunt: siquidem nil meritorium cum libero arbitrio agere potuit. Contrà verò, quandiu spiritus Dei miserentis nobiscum manserit, in operibus cum libero liberato arbitrio simul operatis, fœnum & flos simul manebunt: neque erit qui vtrunque possit arguere, & ponere manum in ambobus†. Etenim si perpetuò omnis caro fœnum, nequaquam Dauid dicere potuisset, Exultauit caro mea, & spiritus meus†. CAL. Scio Domine, quoniam non est hominis via eius,

Argumentum tertiũ Martini, Suscepit duplicia de manu domini, pro omnibus peccatis suis.

Quartũ argumentum Martini, Omnis caro fœnum.

Quintũ argumentum Martini, Nõ est hominis via eius.

† *Diximus lib. 1. c. 3.*

† *1. Pet. 1.*

† *Iob. 9.*

† *Psal. 83.*

†Cap. 10. Hieremias inquit, nec est vt dirigat gressus suos†. Quid potuit apertius dici? CAM. Aut de via hominis in genere loquitur, aut de via Babyloniorum, seu Israëlitarum, de quibus litera agit. Si in genere, quænam hominis via sit, quæris? plures vias in homine considerari posse respondeo. Primam ad malum, ad quod Deus non dirigit, sed permittit hominem ire, in adinuentionibus suis. & de hac Hieremias loqui non posset: quoniam via hæc in hominis potestate est, & libero cum arbitrio (etiã secundum vos) omnis homo peccat, quod Hieremias homini his verbis auferret. Secundam præterea, quando bonum inquirere incipit: & hæc quanquam liberi arbitrij est, solius hominis nequaquam erit: quandoquidem nil posset absque auxilio generali ac etiam speciali in casibus alibi à me expli-
†Li. 1. c. 10 catis†. Adest tertia, quando homo meritoriè ad sa-
§. 2. lutem operatur: & hæc ita Dei est, vt nihil homo absque Deo prȩueniente, & simul operante, opera-
†Cap. 10. ri posit: vt libro primo diximus†. quinimmo si vult & operatur, cum libero liberato arbitrio id agit. Quantum autem ad sensum literæ attinet qui historiam Babyloniorum recenset: tunc si pro via, Babyloniorum viam intelligis, qui vt Israëlitas affligerent venerunt, quis dubitat nec Satanam nec homines eam potestatem habere, vt nos ex-
†Iob. 1. trinsecus, nisi Deo iubente, affligant†? Sic enim alibi scriptura inquit, Posuisti tribulationes in dorso
†Psal. 58. nostro†. Etenim si quæramus, an Domino suscitan-

te ſpiritum eorum, ipſi quoque propria voluntate & libero cum arbitrio venerint, de hac re Auguſtini ſententiam vidiſti, cùm ait, non abſque libero arbitrio Arabes à Deo miſſos, in terram Iuda veniſſe †. Si verò pro via Iſraëlitarum, hoc eſt, pro via conuerſionis Iſraëlitarum ad Deum, qui propterea affligebantur, litera intelligatur: hanc quoque viam hominis ſolius non eſſe quis negat? Propheta vbique dicente: Vias tuas Domine demonſtra mihi †. Deduc me in ſemita mandatorum tuorum †. Sint itaque Domini omnes viæ ad bonum, quid tunc habes? num ſine hominis libero liberato arbitrio, qui in via cum Dominum ambulat, opus perfici? fabulæ †. Sic enim ſcripturæ teſtimonia coniungenda ſunt, cùm vno in loco dicit, Dirige ſemitas pedibus tuis †: vt continuò homo reſpondeat, Notam fac mihi viam, in qua ambulem †. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ne moueantur veſtigia mea †. Itaque vitam ducendo, facilè tandem dicere audeat, Ab omni via mala prohibui pedes meos †. Quæ cùm ita ſint, in chimęram vertitur aliud argumentum tuum, cùm inquis: Si via ſua & greſſus non ſunt in poteſtate hominis: quomodo via Dei & greſſus Dei, in poteſtate hominis erunt?[a] Sunt enim hominis, Domino tamen præueniente, & per ſuam gratiam ſimul operante. ſic enim ſua dona coronat, quando noſtra coronat †: CAL.[b] Vos viam hanc naturalem eſſe dicitis, per quam libero cum arbitrio animam ad gratiam præparatis: quæ

† De gra. et lib. ar. c. 21.
† Pſal. 14.
† Pſal. 118.
† Li. 1. c. 10
† Prouer. 9.
† Pſal. 142.
† Pſal. 16.
† Pſal. 118.
† Aug. de gra. et li. ar. c. 6.

[a] *Viæ Dei quomodo ĩ manu hominis ſunt.*
[b] *Proteſtantium error putantium ſola natura hominis animam ad gratiã præparari Catholicos intelligere.*

cùm nihil per ſe valeat, neceſſariò ſequitur vt Liberum arbitrium in hoc ſolo totum cõſiſtat. CAM. Idcirco quinque præparationes ego propoſui, cùm tecum de ipſa animæ præparatione agerem †, vt omnia argumenta Martini & tua, vnico reſponſo ſoluerem: quorum ſumma hæc eſt, non ſolùm nullum bonum meritorium opus, ſola natura poſſe conſummari: verùm etiam neque animam ad id quoquo modo hominem ſolum poſſe præparare. CAL. Omnia propter ſeipſum operatus eſt Dominus, etiam impium ad diem malum†. CAM Fateor: ſed ordinem expende, ne vltrà, Martini inſtar delires. Deus nãque, qui omnia à ſe creata valde bona eſſe vidit, bonam Luciferi naturam eſſe, ſua æterna prouidẽtia præuidit: nec propterea quia malus futurus erat, ipſum creare prætermiſit: non quòd mali author eſſet, ſed potius vt eadem ęterna prouidentia, qua peccatum non fecerat, in peccato quod vidit, ſuam æternam iuſtitiam oſtenderet†. Hunc ergo in modum, ad diem malum, hoc opus operatus eſt Deus: non vt principalis eius intentio ad malum tenderet, ſed potiùs vt mala, quæ libero cum arbitrio ſolus homo operatus eſt, puniret. Quid igitur habes? CAL. Nempe Deum feciſſe vt peccaret, vt ſuam exerceret iuſtitiã. ſic enim Paulus docet, Deum tradere homines in reprobũ ſenſum, vt faciant quæ non conueniunt†. CAM. Quomodo homines tradantur in reprobum ſenſum, alibi diximus†. Quod autem contendis Deũ

† Lib. I. ca. 10. §. 2.

† Prou. 16.

Argumentum ſextũ Martini, Omnia propter ſeipſũ operatus eſt Dominus, etiam impiũ ad diẽ malum

† Lib. de prædeſt.

† Rom. I

† Libro de prædeſt.

causam peccati fuisse, delirium hoc in eodem libro reputauimus. CAL. Contrarium eius quod putauerat Laban, locutus fuit†. quid igitur est, libero hominem vti arbitrio? CAM. Perpetuò Dei voluntatem, nostræ voluntati Augustinus præfert †, qui per vias congruas nobis, pro hac vel illa re ducit, vt hoc vel illud ad aliorum pœnam vel præmium velimus, ac operemur †. Verùm quia volūtas duci, non autem cogi potest: remanente voluntate nostra in sua libertate, noua voluntas tunc dicetur, & libera†. Sic enim cor Regis vertit : sic prophetare iubet: sic peccata impedit: & Laban nec etiam loqui aduersum Iacob permisit, mouens hominem secundum liberum motum suum: quemadmodum Augustinus multis exemplis docet†. Nunquam tamen præcepit, vt coactus propriam iustitiā vel iniustitiam quispiam operetur†. CAL. Quis id quod cogitauit facere, non sæpius alia statim cogitatione mutauit, nesciens quomodo mutarit? CAM. Liberum arbitrium maximè ea ratione probatur, quia opinionem mutare saltem diuersis modis volendo quimus: alioqui libera voluntas non esset† CAL. Quid si à Deo mutetur, sicut fratrum Ioseph voluntas à Deo mutata fuit†? CAM. Consilium Iudæ fratris, causa fuit vt voluntatem liberè reliqui mutarent. Sed quid si dem illorum voluntatem Deum mutasse ? quis disputat de Libero arbitrio contra Dei potentiā? Nónne ille est, qui nos permittit vel non permittit peccare? Ille item, qui vir-

Argumentum septimū Martini, Dei volūtas præter institutum hominem loqui facit.

Nota.

† *Regū.* 24.

† *De gra. et lib. arb. c.* 21

† *De gra. et lib. ar. c.* 20

† *Aug. vt sup. & lib.* 1. *c.* 6. §. 1.

† *De gra. et lib. ar. c.* 20. & 21.

† *Lib.* 1. *c.* 8. *in fi.*

† *Dixi lib.* 1. *c.* 3. §. 2.

† *Gene.* 37.

tutem ad bene operandum præstat: & qui potest nos ad nihilum deducere. Sat est tam cùm nos in nostra potestate secũdum eius generalẽ operationem relinquit, Liberum nos habere arbitriũ: quàm in his quæ ipse iubet, sicut paulò antè dixi. Siquidem liberam tunc quoque consentiendi & dissentiendi potestatem habemus, qua illud eligimus. CAL. Cùm homo à Deo motus id actu non consummat, quod mente vult, liber haudquaquam est. CAM. Liberum arbitrium in sola potentia consentiendi constare, libro primo docui: tametsi actu id non exequatur quod vult†. CAL. Non quod volo bonum, illud operor, Paulus inquit†. CAM. De his in libro tertio copiosè disputabimus.

†Lib.1.c.3.
†Rom. 7.

Argumentũ octauum Martini.

CAL. Hominis vitæ quis author? num idem homo? Vita item, num in manu est tua? CAM. Dei enim factura sumus†, in quo viuimus & mouemur†. CAL. Qua ergo via libertatem operãdi habebit is, qui propriæ vitæ potestatem non habet? CAM. Tu Caluine, huic Martini argumento respõde priùs, qui Liberum arbitriũ in naturalibus atque moralibus ipsi homini, tametsi Deo viuat, tribuis & ascribis†. Respondeant philosophi omnes Martino totã philosophiã obliterãti, vt propterea homo suorum actuũ Dominus non sit, quia Deus author vitæ est. Respondeant Dialectici quotquot sunt, an hoc consequẽs secundũ artẽ admitti possit. Respõdeant Iurisconsulti, an mero mixtóque imperio libero cum arbitrio vtatur is, qui ad Domini nutum

†Ephe.2.
†Acto.17.
†Inst. c. 2. & vbique.

Protestantiũ sophismata.

illud exercet? Reſpondebo denique & ego, te priùs interrogans, an Adamus à Deo creatus fuerit, eiúſque vita in manu Dei ante peccatum conſtiterit? CAL. Quis hoc inficiari audebit? CAM. Habuit Adã in ſtatu innocẽtiæ Liberũ arbitriũ? CAL. Omnino. CAM. Sileat ergo Martinus, ſi Adamus, cui⁹ vita in manu Dei erat, Liberũ arbitriũ habuit. CAL. Multa ſuperſunt adhuc Martini argumenta, quibus non ſatisfeciſti. CAM. Quoniam ad prædeſtinationis materiam omnia pertinent, in eo libro illa ſoluenda eſſe duxi. CAL. Mea quoque, & alia multa adſunt. CAM. Ea argumenta, quibus nouas veſtras inuentiones probare nitimini, primo libro ſoluta fuerunt: in hoc verò, Martini & tuas interpretationes duntaxat, quibus ſacræ ſcripturæ teſtimonia obſcurare conamini, eam ob cauſam excluſi, vt reliqua commodè tractare queamus: non autem quòd hæc ſophiſtica argumenta veſtra, ſolutione digna eſſent. Scholaſticos nanque, qui antiquas patrum doctrinas explicant, quaſi ſophiſtas excluditis: cùm tamen nil aliud vos agatis, quàm vt omnia ſcripturæ teſtimonia detorqueatis. Dixerim hæc lectorum cauſa, ne mirentur quòd prolixius ſoluendis argumentis Martini operã non dederim. Sunt quidem inutilia ſatis: & aërem potiùs verberare, quàm diſputare fuiſſet. Hoc enim noſtrum in hoc libro inſtitutũ fuit, vt quatuor argumenta tua, quibus diſcipulis tuis idiotis, vt Liberũ arbitriũ negẽt, crebris concionibus perſuadere ſoles, refelleremus.

DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO, LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Contendunt Lutherani legem seruari non posse, vt hac ratione Liberum homini arbitrium adimant. Catholici verò contrà, ipsum hominem Liberum arbitrium habere ostendunt, quo, gratia comite, lex seruari potest. hoc totius libri istius tertij institutum est.

CAMERARIVS. CALVINVS.

SVPEREST aliquid, per quod Liberum arbitriũ homini adimere vos posse cõtendatis? CAL. Quis Liberi arbitrij hominem esse dicat, qui legem seruare nõ potest? huic argumento si respõdere poteris, vicisse te fatebor. CAM. Fateris igitur hac ratione, Liberũ arbitriũ probari, si docuero ipsum hominẽ gratia assistẽte legẽ posse seruare. CAL. Omnino. CAM. Quid huic argumento tu respondebis, quod Augustinus & cæteri approbant, Frustrà daturũ homini legem fuisse Deum, cui non liberã boni & mali electionẽ contulisset†. CAL. Impossibilem legem homini Deum tradidisse respondeo. CAM. Quo authore loqueris? CAL. Paulo, cùm ait:

Primum argumentum pro Libero arbitrio, quo legem seruamus.

Quid gratia assistẽte quídve ea desistente liberum hominis arbitrium in ipsa lege seruanda possit.

† *De natu. et gr. c. 69.*

Lex propter transgressionem posita est†. Iubet enim Deus per legem quæ non possumus, vt noscamus quæ ab eo petere debeamus.† CAME. Cancellos tibi fecit lex (Augustinus inquit) vt non inueniendo quà exires, ad gratiam conuolares†. quibus verbis id quod desistente gratia negat, ea assistẽte, concedit. sic enim Propheta, antequàm extra cancellos exiret, cum Domino loquens dixit: Tu mandasti mandata tua custodiri nimis†. & ad gratiã se conuertens, subiũxit: Vtinã dirigãtur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas†. Gratiáq; obtenta, constanti animo subiunxit: Iustificationes tuas custodiam: nõ me derelinquas vsquequaque†. perspicuè nos docens, Libero arbitrio & gratia, ipsam legem ab homine seruari posse. Quod intuens idẽ Propheta, paulò pòst sic ait: Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam. non secus ac si dicat, Custodiam illam in toto corde, si tu dederis intellectum†. Quibus fit, vt lex ab homine eam ob causam seruari possit: quia impossibile id non est ei: quod adiutus à gratia præstare homo potest: Augustino dicente, Nos possumus ea, quæ per alium possumus, absque quo nihil possumus.† Gratia quidem vrget, qua asistente omnia possumus: ea verò desistente, meritorium nihil. quãdoquidem sic per peccatum primi hominis inclinatum & attenuatũ Liberum arbitrium fuit, vt nullus postea aut diligere Deum, aut credere in Deum, aut operari propter Deum posit. Et quanquam multa præcepta

† *Gala.* 3.
† *Aug. de spiri. et lit. c.* 17. 19.
† *De verb. Apost. serm.* 3.
† *Psal.* 118.
† *vt sup.*
† *vt sup.*
† *Aug. de prædest. et gra. c.* 11. *in fin.*
† *De Eccl. dog. c.* 26. 27.

ſeruare valeamus: non tamen omnia, quantùm ad intentionẽ legem condentis gratia deſiſtente ſeruamus†. Nemo enim poteſt legem implere per legem, Auguſtinus inquit: eò quòd plenitudo legis charitas eſt. Charitas autem Dei, non per legem diffuſa eſt in cordibus noſtris, ſed per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Quocirca per legẽ gratia demonſtratur, vt lex per gratiam compleatur†. Cui vt ſubſcribamus, eam ob cauſam neceſſe eſt, quia lex minimè impletur, cùm quaſi ſuis viribus homo facit. ſed cùm ſpiritus adiuuat, & hominis non libera, ſed gratia Dei liberata voluntas facit. Liberum nanque arbitrium vt eſt captiuum, non niſi ad peccandum valet: ad iuſtitiam verò, niſi diuinitùs liberatum adiutúmque, non valet. † Abſit vt nos dicere poſsimus, alio in loco Auguſtinus inquit, hominem ſolo arbitrio gratia nõ ſanato atque adiuto, non peccare poſſe†. Ita quidem, vt tametſi peccare ſoli queamus, iuſta agere, vel iuſtitiæ præceptum omni ex parte implere non poſsimus, niſi adiuuemur à Domino†. CAL. Hoc ſaltem negare non poteris, quin ante gratiã per Chriſtum factam lex ipſa impoſsibilis fuerit. CAM. Si quis iſta aſſerat, legem euangelicam eodem contextu promulgatam cum lege Moſaïca fuiſſe, ignorat. Moſaïcam ſcilicet ſenſu claro, euangelicam ſenſu myſtico: vt eodem tempore Iſraëlitæ ſcirent, poſſe per legem fidei in futuro Meſsia legem factorum meritoriè ſeruari. CAL. Quis ſententiæ huius author? CAM.

†Conci. Milob. Afric. Arauſi. Aug. de Eccl. dog. c. 49.

† Aug. de gra. Chri. c. 9.

† Aug. de ver. Apo. ſer. 11.

† Aug. de pecca. mer. lib. 2. c. 2.

† Aug. vbi ſup. c. 5.

Cõcilia pro implenda lege.

Lex Euangelica eodẽ cõtextu cũ Moſaïca promulgata fuit.

Paulus: qui postquã verba illa retulisset, Iuxta te sermo valde est in ore tuo, & in corde tuo: sic illa declarat, hoc est verbũ fidei, quod prędicamus†. Quibus patet, tempore datæ legis, quæ absque gratia impossibilis erat, gratiam simul ostensam fuisse: ad quam, pro lege implenda, Hebręi recurrere possent: id sanè intuens Paulus, alibi dixit: Priusquàm veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat†. quasi omni tempore, etiam datæ legis, gratia nobis oblata fuerit, sed conclusa in eam fidem quam tunc sensu mystico Moyses Ecclesiæ ostendit, reuelanda apertis verbis in aduentu Christi. Sciebat enim Moyses, trãslato sacerdotio ab Aarone in Christũ, legẽ quoque in ipsis Decalogi pręceptis transferandã fuisse: & tanquã ipsius legẽ à Domino Iesu rursum promulgandam foret†. quo præcognito, fidei legem, cum factorum lege simul Moyses proposuit: ostendens hominẽ gratia iuuari, ne per legem sine causa aliquid iubeatur†. Hæc expende Caluine, & tace. CAL. Tacebo nunquã. CAM. Quid dices? CAL. Dicam audacter, minimè legẽ gratia assistente seruari posse. CAM. quid causæ? CAL. Nã scriptũ est, Maledictus omnis, qui non permãserit in omnibus quæ scripta sunt†. CAM. Quid à lege iubetur, in quo gratia asistente permanere nõ valemus? CAL. Duo sunt, alterum nimirum dilectionis, quẽ vt toto corde diligamus lex iubet: quod quidem mandatum, in via impleri non potest. Alterum, quia id quod

Translato sacerdotio, lex quoque translata fuit, & tãquam Christi lex promulgata.

† *Rom.* 10.

† *Gala.* 3.

† *Vide inf. cap.* 10.

† *De gra. et lib. arb. c.* 4. *in fi.*

† *Gal.* 3.

lex præcipit,ne concupiſcamus: gratia quoque aſ-
ſiſtente ea de re homini impoſsibile eſt. quia ha-
bitualis concupiſcentia mortale peccatum perpe-
tuò eſt. CAM. Hæc itaque duo, diſcutiamus vt rei
huiuſce veritàtem,faciliùs percipere poſsimus.

CAPVT SECVNDVM.

An præceptum dilectionis Dei,in via ſeruare queamus.

CALVINVS. CAMERARIVS.

DILIGE dominum Deum tuum ex
toto corde tuo,& ex tota anima tua,
lex inquit : quod in via conſummari
poſſe Auguſtinus negat†. CAM. Re-
†De ſpiri. et lit.c.36. ctè Auguſtino placuit plenitudinem
charitatis in cœlis fore:interim tamen,eodem loco
minimè negat mandatum dilectionis , quantum
mandatum in via eſt, gratia aſſiſtente impleri poſ-
ſe: eo quòd charitas ,cui omnia facillima ſunt , in
facilibus quid agamus, & in difficilibus quid peta- *Duo quæ charitas docet.*
†De nat.et gra.c.68. mus,nos docet†.Hæc certè huius veſtri erroris cau-
ſa eſt,quia differentiá inter perfectionem viæ & pa-
triẹ ignoratis:nec aliorũ,nec Auguſtini verba,quem
veſtrum eſſe prædicatis, vt decet ponderatis. CAL.
† De ſpiri. & lit. c. 36. Quæ? CAM. Illa quibus eodem in loco declarat,
Maiorem iuſtitiam in cœlis fore, in via autem mi-
norem huic vitæ competentem † . Audi,huic vitæ
† & Hier. ī dialogis aduerſum Pelag. lib.1. competentem,quando nullu. ſanctorũ quandiu in
iſto corpuſculo eſt,cunctas poſſit habere virtutes†.

CAL. Iam video te ad cauillum Thomæ confugere: præcepta nimirum, perfectè & imperfectè adimpleri posse: nos Thomam negamus. CAM. Itidem & Paulum? CAL. Nequaquam. CAM. Paulum igitur audi, qui cùm inter perfectionem triumphantium & viatorum distingueret, sic ait: Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim†: (sicut in cœlis triumphantes sunt) Quicunque ergo perfecti in via sumus, hoc sentiamus†. quid hoc? nisi in via perfectionem charitatis dare, tametsi perfectior in cœlis sit. Hoc enim Hieronymus quoque, longo dialogo aduersum Pelagianos probat†, nempe perfectum in eo, hominem dici, quod cùm posset facere, fecit: imperfectum in eo, quod facere non potuit. Dei nãque munus est: qui si vult, perfectos in via quoque nos facere potest†. CAL. Quomodo in via perfecti? CAM. Secundum id quod habemus, Paulus respondet†, & alio in loco, Sic enim voluntas prompta est, secundum id quod habet†. alioqui quomodo dicere potuisset, Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, seruus Iesu Christi, vt sitis perfecti & pleni in omni voluntate Dei†. sic enim in via charitas ipsa, perfectionis vinculum habet†, secundum mensuram à Domino condonatam: tametsi in cœlis integram perfectionem habitura sit. ita sanè, vt omnis gradus charitatis, donec in via augetur, perfectam in se habeat charitatem: Augustino teste, cùm ait, Charitas inchoata, inchoata iustitia est: charitas prouecta, prouecta

Perfectio in via secũdũ id quod habemus.

Potest De' cõcedere vt hîc in via ipso perfectè fruamur.

† *Philip.* 3.

† *Vt sup.*

† *In Dialo. aduer. Pelag lib.* 1.

† *Aug. de spiri. & litera c.* 5.

† 2. *Corin.* 8

† 2. *Corin.* 5.

† *Coloss.* 4.

† *Coloss.* 3.

iustitia est: charitas perfecta, perfecta iustitia est. Ipsa enim charitas, illa gratia est, quæ per Iesum Christum facta fuit†. Tu quidem Caluine, cùm de implemento legis ageres, sequentia verba scripsisti: Siquis obiiciat, neminem vnquam fuisse repertum, qui Deum ita perfectè diligeret, respondeo, sufficere, modò quisque pro gratiæ sibi datæ mensura, ad hanc perfectionem aspiret †. Et hoc quidem rectè, Ioanne dicente, Si diligimus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas Dei in nobis perfecta est†. Non quidem Ioannes alio in loco dicere potuisset, Qui autem seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est†: si perfectio secũdum mensuram condonatam in via non daretur. Neque etiam dixisset, Mandata eius grauia non sunt†, si gratia assistente, mandatum dilectionis Dei seruari non posset. Hieroboam certè Deus dixit: Non fuisti sicut Dauid seruus meus, qui custodiuit mandata mea†. CAL. Non consideratis inde pendere facilitatem, de qua Ioannes loquitur, quòd sancti paratum habeant remedium, quo defectus suos suppleant, dum scilicet ad veniam confugiunt†. CAM. Cur non potius grauiora eam ob causam mandata dicuntur, quia solius pœnitentiæ ianua à te illis relinquitur? Quid istud Caluine, vt propterea des mandata impossibilia sanctis non esse, quia pœnitentia, illa non seruasse, pro adimplemento illis est? quãdoquidem pœnitẽtia in manu hominis nõ est, vt absque gratia Dei eũ peccasse, pœniteat? Etenim

† De natu. & gra. c. 70. de gra. Chri. c. 11.

† 1. Ioan. 2. ibi. qui verò seruat.

† 1. Ioan. 4.

† 1. Ioan. 2.

† 1 Ioan. 5.

† 3. Regum. 11. ter.

† Cal. vt su.

Confeßio Caluini cõtra seipsũ.

Excipiunt protestantes vt sola pœnitentia lex impleatur.

ſi gratia quæ extrinſecus aduenit, opus habemus, ex æquo vtrunque, aut impoſsible aut poſsibile erit. CAL. Negas tu pœnitentiam pro adimpletione mandatorum eſſe? CAM. Abſit. Bifariam ſanè legem ſeruari, ſecundum catholicos poſſe gratia aſsiſtente, affirmo. Primo nimirum modo, mandata ſeruando: vt illud, Iuſtificationes tuas cuſtodiam: Non me derelinquas vſquequaque†. Secundo verò, cùm illa non ſeruaſſe dolemus: Vt ſequitur: In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam †. & paulò pòſt, Non me repellas à mandatis tuis†, quæ pœnitentiam iubent. Dic, rogo, Caluine, an Iudas mendax ſit, cùm ait, Deum potentem eſſe vſque in diem Chriſti, ſine peccato nos conſeruare†: CAL. Poſsibile Deo eſſe fateor: ſed id quod ſibi poſsibile eſt, homini tanquam impoſsibile mandauit. CAM. Buceri cauillo in conciliatione articuli de iuſtificatione, vteris: ſed Dauidi pro illo tu nunc reſponde, quare poſt adeptam gratiam dixit, Iuſtificationes tuas cuſtodiam: Non me derelinquas vſquequaque. † CAL. Impoſsibile Auguſtinus id vocat, quod nunquam factum eſt. CAM. Non quidem de eſſe & non eſſe, ſed de poſſe & non poſſe nunc contendimus†: quandoquidem ea quæ impoſsibilia ſunt nobis, poſsibilia vt ſint, Deus facere poteſt†: ita planè, vt lex ipſa magis ob gratiæ denegationem, quàm ex ſe impoſsibilis ſit†. Gratia igitur vrget, ſine qua lex ipſa non ſolùm ſuaue iugum non eſſet, verùm etiam impoſsibile: ea verò aſſiſtente,

Non peccando, vel peccaſſe pœnitendo, legem ſeruamus.

Potens eſt Deus ſine peccato nos conſeruare.

Proteſtantiũ ſophiſmata.

† *Pſal.* 118.

† *Pſal.* 118.

† *Pſal.* 118.

† *Epiſt. Iudæ.*

† *Pſal.* 118.

† *De nat. et gra. c.* 7.

† *Serm. de temp. tertia fer. paſchæ ſerm.* 4. *de ſpiri. & li. c.* 35 *in fin.*

† *Diximus lib.* 1. *c.* 3. *et* 4.

quia charitati omnia facillima ſunt, leue iugum legis eſt, miniméque grauia mandata: ſiquidem charitate homo petit id, quo deſtituitur vt impleat quod iubetur †. Illa nanque eſt qua iuſtificamur, quando per Spiritumſanctum diffunditur in corde noſtro †. Illa omnia poteſt, Paulo dicente, Omnia poſſum in eo qui confortat me†. CAL. Concludis igitur, non abſque gratia legem poſſe impleri. CAM. Omnino: quandoquidem litera quæ docet, non eſſe peccandum: ſi ſpiritus viuificans deſit, occidit. ſciri enim facit peccatum, potiùs quàm caueri†. Iugúmque eiuſmodi eſt, quod non modò in ceremonialibus, ſed in naturalibus, atque moralibus, neque nos, neque patres noſtri portare potuimus, etſi baptizati in trãſitu maris fuiſſent.† Nam non omnes renati, gratiam illam ſtatim habent, quam perſeuerantiæ vſque in finem dicimus: & ſimul ſtare poterunt, vt renati fuerint, & propter hanc perſeuerandi gratiæ abſentiam, iugum graue ipſis fuerit. cùm altera ſit gratia, per quam iuſtificamur, ab illa per quam in iuſtitia conſeruamur†. Eo quòd Deus nõ modò iuſtificat impium, ſed cùm ad perfectam iuſtitiam peruenerit, eum non deſerit antequàm deſeratur: vt ſemper iuſtè piéque viuatur†. Sic enim factorum lex & gratiæ colligatæ ſub vno angulari lapide coniunctæ manent: vt nunquam lex factorum pręponatur, quin altera fidei lex, pro implemento non pręſupponatur. Quod innuens Auguſtinus, cùm Pauli verba ad Romanos 10. põderaret,

† De nat. et gra. c. 66. 68.
† Roma. 5.
Aug. de gr. Chri. c. 30.
† Philip. 4
† De ſpirit. & lit. c. 5.
† Acto. 15.
† Pſal. 118. octo. 1. & toto. pſal.
† De natu. & gr. c. 26

causam rei huiusce inquirens, mox subiungit, nempe vt quod operum lex minando imperat, fidei lex credendo impetret†. Lege enim operum, dixit Deus, Fac quod iubeo: lege verò fidei, dicitur Deo, Da quod iubes†. quasi idcirco lex data sit, vt gratia quæreretur: gratia autem per Christum facta, vt lex impleretur†. quasi hæc legis intentio fuerit, vt propter illa quæ perperam fiunt, recurramus ad gratiam Domini miserentis, vt remittantur quæ malè fiunt, & eadem gratia iuuante ne fiant†. Ita sanè, vt legem factorum impossibilem, lex gratiæ, quæ ei coniuncta semper manet, satis possibilem omni tempore reddat. Hoc tene, ne falso Dauid dixerit, Ex toto corde exquisiui te†. Et alio in loco: Conetur itaque anima domare linguam & sensus: sed dum conatur, poscat auxilium, & oret lingua, vt dometur lingua†. Siquidem adiutor Deus est, qui illum adiuuare potest, qui conatur†. Non quidem homini dixit, vt ipse solus faciat: sed sic ait, Reuela viam tuam Domino, & ipse faciet†. quasi dicat, præcaueri potest peccatum, sed Domino adiuuante†: quādoquidem si quædam peccata absque merito soli præcauere quimus: omnia soli vitare nequimus†. Ecce Caluine, quam causam Augustino authore tutandam suscepisti, à Christo, Paulo, Iuda, Dauide, & ipso Augustino innumeris in locis condemnatam.

Lex factorum et gratiæ perpetuò colligatæ illas quærētibus manent.

† *De spiri. & lit. c.* 13.
† *De spirit. & lit. c.* 13
† *vt su. c.* 8 18. 19. 20.
† *Aug. de nat. et gra. c.* 12.
† *Psal.* 18.
† *De natu. & gr. c.* 15.
† *De pecca. meri. c.* 5. *in fin.*
† *Psal.* 36.
† *De natu. et gr. c.* 67.
† *Aug. lib.* 1. *retrac. c.* 15.

CAPVT TERTIVM.

Contendunt insuper Protestantes, propterea legem seruari non posse, quia concupiscentia habitualis mortale peccatum est: quod tamen non imputatur.

CALVINVS. CAMERARIVS.

Si daremus mandatum dilectionis secundũ id quod habemus in via posse impleri, quis legem adhuc seruare poterit, Domino dicente, Non concupisces†? CAM. In legem committit is, qui sponte actu à lege vetita cõcupiscit. CAL. Vitium primum, quo ipse habitus ad concupiscendum propagatus est, propono. CAM. Quum in non regenerato ipsa concupiscentia peccatũ mortale non sit, multo minus in renato non erit, sed primi peccati effectus †. CAL. In ipso renato peccatum esse paratus sum defendere. CAM. Quod delirium hoc est? Augustino dicente, Natura post baptismum omni reatu, non autem omni morbo caret†. & Paulus alibi, Abluti estis, iustificati estis, sanctificati estis†. CAL. Vtique: sed non imputando peccata, ista fiunt: non autem quòd concupiscentia verum peccatum perpetuò non sit. CAM. Quem authorem habes? CAL. Paulum, qui prophetæ authoritate dixit: Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum†. CAM. Probè: sed cùm Deus non imputat, tunc suam gratiam infundendo

†*Exo.20.*
† *Aug. de nup.c.23.*
†*Cont. Iuli. lib.6.c.5*
†*1.Cor.6.*
†*Rom.4.*

peccatum delet. CAL. Tuum eſt hoc probare. CAM. Idem propheta qui dixit, Beatus vir cui Dominus non imputauit peccatum: modum quo Deus non imputet peccatum, oſtendit, inquiens, Laua me, Munda me, Sana me, Dele iniquitatem†: †*Pſal*. 50.
non autem quòd iniquitas permanens, homini non ſanato non imputetur. Ita quidem, vt ſemel ſufficiat non imputando deletum eſſe peccatum: non autem vt peccatum, quod perpetuò adeſt, perpetuò non imputetur. CAL. Scoto aſſentior, cui placuit non imputando remitti peccatum. CAM. Quocũque modo fieri Scotus ſentiat, radices peccati euelli ſtatuit: non autem peccata, quę perpetuò manent, perpetuò non imputari. quandoquidem gratia quaſi per fugam expellit peccatum. CAL. Quo authore? CAM. Ioanne, cùm inquit, Semen expellit peccatum†. CAL. Ne ſcilicet intret. CAM. †1. *Ioan*. 3.
Multo magis charitas dum aduenit, eam ob cauſam commiſſa peccata expellit, quia charitas non habitat cum peccato†. Dic quæſo Caluine, quis verborum Ioannis ſenſus fuit, cùm dixit, Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat peccata noſtra†. CAL. Non imputãdo. CAM. Contrarium ſequentia verba commonſtrant, cùm ſubiunxit: Vt emundet nos ab omni iniquitate.† Reſponde rurſum, ſi potes: Chriſtus non imputando peccata, chirographũ occultauit, an potiùs deleuit†? CAL. Magno teſtimoniorũ catalogo nos coarguere conaris. CAM. Vnicum teſtimonium catholicis

†*Sapi*. 10. *Pſa*. 5.
†1 *Ioan*. 1.
†*Vt ſup*.
†*Coloß*. *c*. 2.

afferre ſatis eſſet: ſed pertinaces cùm ſitis, mille adhuc aceruabo, quò magis confuſi inde recedatis. CAL. Age vt lubet. CAM. Cur verba illa non conſide-
†*Iſa*. 43. ras, Ego ſum qui deleo iniquitates†. Aſpergam ſuper vos aquam mundam, & mudabimini ab omni-
†*Ezech*. 36 bus inquinamentis veſtris † : haudquaquam hunc in modum cõſummata fuiſſe, vt peccata, quæ ſemper adeſſent, non imputarentur: ſed potiùs vt Chriſtus exauditus fuerit pro reuerentia ſua, cùm dixit,
†*Ioan*. 17. Sãctifica eos in veritate: Sermo tuus veritas eſt†. ita vt peccata ſic deleãtur, ſicut per os prophetarũ promiſiſti. Cõſepulti enim ſumus cũ illo per baptiſmũ in mortem (Paulus inquit) vt reſurgamus cum illo in nouitate vitæ: hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus pec-
†*Rom*. 6. cati, & vltrà non ſeruiamus peccato†. Quid eſt in aqua mori? niſi illud prophetæ, Proiiciet in profun-
†*Mich*. 7. dum maris omnia peccata noſtra†? Aliud cùm ſit renatum hominem peccati maculas habere, quæ (ſecundum vos) non imputentur. Aliud verò ex aqua & Spirituſancto renaſci: quo cum, non habitat peccatum. Porrò quid alibi lucidius Paulus afferre potuit, cùm dixit, Sponſam ſuam abſque ruga & macula Chriſtus patri repræſen-
†*Ephe*. 5. tabit?† num dixit maculatam, maculis non imputatis? Accipe hunc catalogum, & reſponde ſi potes. CAL. Auguſtinum Martinus citat dicentem: Peccatum remittitur in baptiſmo: non, vt non ſit:
†*D nup. c*. 25. & 26. ſed vt non imputetur†. CAM. Falſo Auguſtinum

Falſo Auguſtinum Proteſtãtes trãſcribũt.

Martinus tranſcripſit. Siquidem Auguſtinus minimè hoc dicit: ſed cùm de cõcupiſcentia ibi ageret, ſic inquit: Non vt concupiſcentia non ſit, ſed vt in peccatũ non imputetur. CAL. Nihil ergo damnationis nunc eſt in his qui in Chriſto ambulant, Paulus inquit†: non autem dicit, nil peccati: quaſi peccatum à fomite procedens, de quo cap. 7. egerat, perpetuò mortale ſit peccatum: ſed quia non imputatur, nil damnationis habeat. CAM. Quoniam in calce quæſtionis iſtius verba illa fuſiſſimè declaraturi ſumus, ſatiùs erit illo in loco hanc ineptiam expellere†. Interim tamen à te quæram, an non imputando remittatur peccatum? CAL. Omnino: quandoquidem Chriſtus ſanguinem ſuum in remiſſionem peccatorum effudit. CAM. Ergo delet: non autem peccata quæ adſunt, nõ imputat. CAL. Solus loqueris. CAM. Immò cum Caluino noſtro, qui horũ immemor, alibi ait: Quando Dominus eſt, qui remittit peccata, delet†. Et rectè, eò quòd verè liberi ſumus, cùm filius nos liberat. quod aliud eſt quàm permanentia peccata à quibus detineamur, non imputare. Iouinianorum certè hæreſis iam olim condemnata hæc eſt, quam hoc tempore renouaſtis. Placuit nanque illis, tonſoris inſtar quaſi nouacula peccata noſtra Deum radere, non autem radices extirpare†. Nónne magno riſu dignum hoc delirium eſt? Hem Caluine, cur perpetuò mutas ſentẽtiam? Nónne tu cum Auguſtino dicis, Hæc carnalis generatio eſt, illa ſpiritualis:

† *Rom.* 8.

† *Infrà.c.5. §.5. in fi.*

Caluini cõfeßio cõtra ſeipſum.

† *Inſtit.*

Iouinianorum hæreſis.

† *Aug. con. du. epi. c.* 13

Caluini cõfeßio contra ſeipſũ.

hæc peccato originali nos detinet obligatos: illa omni vinculo liberatos? †Hactenus sufficiat pro his quæ dicenda sunt, hanc cauillationem vestram exclusisse, vt peccata post baptismum remaneant, quæ non imputentur.

†Cõt Pigh. 168.

CAPVT QVARTVM.

Cætera argumenta, quibus concupiscentiam habitualem in homine renato, mortale peccatum esse Protestantes probare nituntur.

CAVINVS. CAMERARIVS.

PARATVS sum defendere, tã in non regenerato, quod tu de industria omisisti, quàm in baptizato, ipsam concupiscentiam mortale peccatum esse. CAME. Vtrunque falsum: sed quia mea non interest, pro non renatis Iudæis, Mauris, vel Paganis disputare, vnicam Augustini sententiam afferre satis erit, vt vel Augustinum neges, vel taceas. sic enim ipse ait: Non enim in ipso desiderio prauo, sed in nostra consensione peccamus. Ad hoc valet, quod dicit idem apostolus, Nõ regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum concupiscentiis eius. Hîc enim ostendit esse desideria, quibus nõ obediendo, peccatum in nobis regnare non sinimus†. ita quidem, vt in ipsa concupiscentia nullum peccatum adsit quod ad mortem nos condemnare possit†. CAL. Pauli certè verba hæc sunt: Concupiscentiam nesciebam

†*Super epi.* 8. *ad Rom.* *n.*17.
† *Aug. de ver. Apo. ser.* 6.*char.* 61.*col.*1.

esse peccatum, nisi lex diceret, Non concupisces†. †*Exodi.* 20

Concupiscentia habitualis, in non renato minimè peccatum est.

CAM. Eatenus ergo secundum Paulum, peccatum dicetur, quatenus secundum Moysen peccatum erat. CAL. Fateor. CAM. Si ista fateris, quid dicit scriptura, Originalem seu habitualem concupiscētiam ne habeto? CAL. Nequaquam. CAM. Nónne postquàm dixerat, Non concupisces: protinus subiungit, rem, vxorem, aut seruum proximi tui? CAL. Ita est. CAM. De actuali igitur, non autem habituali concupiscentia intellexisse Moysen dicemus. Siquidem non in ipso desiderio prauo, sed in nostra cōsensione peccamus†. CAL. Sophismata. CAM. Sophista Iacobus? cùm ait, Vnusquisque tentatur à concupiscētia sua abstractus & illectus: deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm consummatum fuerit, generat mortem†. Quibus manifestè patet concupiscentiā matrem peccati esse: nec mortale peccatum fieri, antequàm intrinsecus saltem consummetur. CAL. Ad quem modum mater? CAM. Dixerat nanque Iacobus, Deus neminem tētat: quasi Deus non sit causa peccati: postea verò præcedentia verba subiunxit, bellè commonstrans concupiscentiam habitualem causam esse mortalis peccati: cùm actu voluntarij concupiscimus malum, non autem antea esse peccatum. Finge hominem claudum, Augustinus inquit: & quæramus an vitium propter quod homo claudicat, pes sit? Et neque pes, neque corpus, nec homo, nec ipsa

† *Aug. in expo. quorundam in epi. ad Ro. n.* 17.

† *Iaco. c.* 1.

claudicatio, quæ vtique nõ est quãdo non ambulat, vitiũ erit: cùm tamen insit vitium quo fit claudicatio quando ambulat. CAL. Semel cùm Augustinus dixit: Si non fit quod scriptum est, Non concupisces: fiat saltem quod alibi legitur: Post cõcupiscentias tuas ne eas†: satis ostendit ipsam habitualem concupiscentiam, mortale peccatum esse. CAMER. O bellum argumentum, literis aureis describendum! quodnam consequens hoc est? Ne eas post concupiscentias tuas: ergo concupiscentia habitualis, mortale peccatum est? Cur Augustinum non legis, cùm verba hæc declarat, inquiens: Quid est ergo, post concupiscentias tuas ne eas? perinde ac si diceret, Mane in seruitute Dei, in libertate Christi, Mane, & serui legi Dei tui: non autem legi membrorum & peccati†. CAL. Quid aliud sensit Paulus, cùm dixit, Nõ regnet peccatũ in mortali corpore vestro†: quàm habitualem concupiscentiam peccatum mortale esse? CAM. Iustificatis hominibus Paulus ibi loquitur, cùm ait, Qui enim mortui sumus peccato, quomodo autem viuemus in illo? Consepulti enim sumus, vt in nouitate vitæ ambulemus: hoc scientes, quia vetus homo crucifixus est. vt destruatur corpus peccati, nónne? CAL. Ita est. CAM. Satis ergo ex his patet, eosdem admonuisse, ne deinceps peccatum in eorum corpore regnaret, quasi is regnet, qui in illa pugna christiana carnis & spiritus vincit. CAL. Minimè Paulus, Non sit, inquit: sed, Ne regnet. Et hoc

†De perfe. iust. rat. 4.

†De nup. li. 1. c. 23. ex Eccl. c. 18.

†Aug sup. Ioan. tract. 41. col. pen.

†Rom. 6.

Regnare peccatum.

Augustinus obseruat†, subiungens, Quandiu viuis, peccatum necesse est esse in membris tuis: saltē regnum illi auferatur, & non fiat quod iubet†. CAM. Sed non dixit Augustinus, peccatum mortale necesse est vt sit in membris tuis. CAL. Quid tum? CAM. Multum quidem interest, vno an alio modo loquamur. Siquidem vox ipsa, peccatum, multifariam intelligitur: & certis modis peccatum esse habitualem concupiscentiam, in renatis quoque nos approbamus: quando idcirco peccatum concupiscentiā esse dicas, quia peccato facta est, siue quòd peccandi delectatione moueatur†: siue quia à carnali concupiscentia mala oriātur cuncta peccata†. Augustinum lege, cùm alibi inquit, Quod autē ait, peccatū in vobis non dominabitur: non enim estis sub lege, sed sub gratia: vtique ad tertium illū gradum iam pertinet, vbi homo mēte seruit legi Dei, quāuis carne seruiat legi peccati. Nō enim obedit desiderio peccati, quāuis & hoc solicitent concupiscentiæ vt prouocent ad consensionē. Quia ergo nō cōsentimus desideriis prauis, in gratia sumus†. Et alio in loco: Concupiscentia igitur tanquā lex peccati in mēbris corporis mortis huius, cum paruulis nascitur: in paruulis baptizatis à reatu soluitur: ad agonem relinquitur: ante agonem mortuos nulla dānatione prosequitur. Et paulò pòst: In grādibus autem baptizatis, in quibus iam ratione viuentibus, quicquid eidem concupiscentiæ ad peccandum consentit, propriæ voluntatis est: nō sibi

† *In eodem tract.* 41.

† *In eodem loco.*

† *Aug. de nup. c.*22. *et cont. duas epi. cap.*13.

† *Aug. de verb. Apo. serm.*116. *pa.*60. *col.* 4.

† *Aug. in lib. expositionū quarundā propositionum epi. ad. Ro. n.*35.

†*De pecca. remi. lib. 2. c. 4.* illicita cõſentientibus, nihil omnino nocitura†. Siquidẽ cùm illicitæ delectationi reſiſtimus, ſi nõ cõſentiamus, ſi mẽbra velut arma non miniſtremus, nõ regnat peccatũ in noſtro mortali corpore. Peccatũ enim antè, regnũ perdidit, & ſic periit. In hac ergo vita, quantũ ad ſanctos attinet, regnũ perdit, in alia perit. Hîc enim regnũ perdit, quando poſt concupiſcentias noſtras non imus. Ibi autẽ perit, quando dicetur, Vbi eſt mors contentio tua†? Lõga quidem lectione opus eſſet, ſi eiuſdem Auguſtini verba minutatim referre vellẽ. illum cap. 25. & 26. de Nuptiis lege, vbi affectionem eſſe quandã malę qualitatis ipſam concupiſcentiam docet, ſicut languor: non autem quòd quaſi in ſua ſubſtantia in anima maneat tanquam peccatum†. quod in libro contra duas epiſtolas Pelag. cap. 13. & contra Iulianum libri 6. cap. 5. Retracta. libri 1. cap. 15. confirmat. Interim tamen huius Auguſtini ſententiæ memorem te eſſe volo: nempe aliud eſſe, ſenſum peccati in nobis perpetuò ineſſe, ſicut timiditas adeſt etiam quando non timemus: quo modo ſemper concupiſcentiæ peccatum ſentimus, & peccatum eſt, non quidem mortale: ſed in tantum peccatum, inquantum præter rationis iudicium procliuis pronáque ad peccandum eſt. Aliud verò conſenſum peccati, dum actu mala concupiſcendo peccamus†. Quibus intelligas nil aliud eſſe concupiſcentiam regnare, quàm actu conſentire: non autem ſentire, quòd velit nolit

†*De verb. Apo. ſerm. 6. col. 3.*

†*De nup. et cõcupiſ.*

†*Aug. in epi. ad Ro. col. 5.*

homo, in vindictam primi peccati, perpetuò maneat in eo. Ecce iam patet non posse vos Protestantes errorẽ hunc, Augustini pallio cõtegere: & simul ipsi quoque Paulo contradicere: qui cùm dixisset, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore: mox addidit, Vt obediatis concupiscentiis eius†: perbellè commonstrans obedientiam, regni peccati esse causam. Iacobo subscribens, cui placuit actualem, non autem habitualẽ concupiscentiam peccatum esse. Est enim concupiscentia res indifferens, quæ actu quoque bona esse potest: & tunc dicere habitu peccatum esse, actu verò bonam, magnum delirium esset. Ecce mi Caluine, quomodo illa antecessorum tuorum duo falsa figmenta: Deum ex toto corde, quantum attinet ad legis implementum, nos non posse diligere: Habitualémque concupiscentiam peccatum esse, protinus euanuerunt.

†*Rom. 6.*

Concupiscẽtia indifferens.

CAPVT QVINTVM.

in quo Cap. sept. ad Rom. explicatur.

Capitis 7. ad Rom. explicatio.

Protestantes, Pauli sensum aut non intelligentes, aut se intelligere dißimulantes, eam ob rem caput septimum ad Romanos afferunt: vt illius authoritate, in primis concupiscentiam habitualem peccatum mortale esse ostendãt: deinde verò Pauli testimonio isto, legẽ seruari posse negent. Catholici autem contrà, legem posse seruari, liberúmque hominis arbitrium, hoc testimonio apertiùs, quàm quouis alio, probari docent: ipsámque concupiscentiam minimè peccatum esse, donec malè concupiscat.

CALVINVS. CAMERARIVS.

QVID Paulo ad Romanos 7.respondebis, cùm ait, Non autem ego id operor, ſed quod habitat in me peccatum? nónne habitualem concupiſcentiam, peccatum mortale eſſe, his verbis Paulus declarat? CAM. Quęram ego priùs, an Paulus de ſe ipſo in toto illo capite loquatur. CAL. Paucis exceptis verbis, ea omnia illum de ſe ipſo loqui aſſero. CAM. Nos verò contrà, paucis exceptis nũquam de ſe Paulum loqui. CAL. Ad literam ergo aggrediamur, vt Paulus inter nos optimus iudex ſit. CAM. Ne Pauli ſenſum negligentes, à Paulo longè aberremus, hanc epiſtolæ ad Romanos methodum vſque ad caput octauum eſſe, meminiſſe priùs oportet: nempe Paulum vſque ad caput quintum, Gentilium ſuperbiam, qui ob ſapientiam tumidi viuebant: Hebræorum item, qui ob legem & circuncisionem ſeſe præter modum extollebant, multis rerum argumentis refrenaſſe. Deinde verò mala omnia, quæ tum corrupta natura, tum lex occaſione accepta pepererat, ſigillatim ea ratione enarraſſe, vt à quibus per gratiam liberati fuerimus, facilius intelligere poſſemus. & hæc quidem, vt iis explicatis, gratia Dei per Ieſum Chriſtum ab originali peccato nos liberatos eſſe, capite quinto ſubiungeret. capite verò ſexto, vt ſic liberati gratia aſſiſtente, omnibus actualibus peccatis reſiſtere nos poſſe adderet. in ſeptimo autẽ capite

Nõ ergo id operor, ſed quod habitat in me peccatum.

An Paulus pro ſeipſo in ca. 7. ad Rom. loquatur.

Epiſtolæ ad Romanos methodus.

Cap. 7. ad Rom. pars 1

quod nunc interpretamur, poſtquam in principio contextus Romanos renatos quibus ſcribebat, ſub gratia vitam ducere narraſſet, in eius perſona hominem quærulum qui ad gratiæ legem non peruenerat, vti in multis ſolet fingere, qui proinde tum originale, tum etiam actualia peccata deploret, omnes ſeruitutis leges, pariter & mala quæ ab illis proueniunt, recenſens. CAL. Cur tantarum lachrymarum hoc in loco Paulus meminit? CAM. Vt hi qui renati adhuc non erant, dum gratiæ ſtatum in eos nō aduenisse in principio textus cernerēt, propriam deſolationem confeſtim deplorarent: contrà verò renati, cùm illorum vlulatum audirent, læti vitam ducerent: præſertim quando his enarratis cap. 8. audient nil damnationis nunc eſſe his qui ſub gratia viuunt. Habes me? CAL. Teneo. CAM.

Contextus diuiſio. His itaque explicatis, contextum hunc in ſex partes diuidamus: in quarum prima, vſque ad verba illa, Quid igitur dicemus? proprium ſtatum in quo vitam ducunt, Romanis proponit.

2. pars. In ſecunda verò, vſque ad verba illa, Scimus enim: hominem fingit, qui generis humani vice, cùm naturæ tum legis ſtatus percurrēs, quid natura quídve lex præſtiterint, & qualis lex ipſa ſit, querulus narrat.

3. pars. In tertia, vſque ad alia verba, Inuenio igitur iacturam in quam propter peccatum originale incurrimus, ſubiungit, quo ſic natura debilitata eſt, vt concupiſcendo contraria eligamus.

4. pars. In quarta, vſque ad illa, Infœlix, quadam vocum elegantia omnes leges

in homine exiſtentes ſpeciatim enarrans, illarum vim declarat. In quinta, vſque ad conſequens illud, Igitur, mente vagus eò ſe adueniſſe (ſecundum quoſdam) ſubiungit: vt ne hanc mentis & carnis pugnam vltrà ſuſtineret, vitam cum morte facilè commutaret. Mox tamen reſponſum accepit, vt ad Dei gratiam oculos conuertat. Aliorum tamen rectius ſentientium ſententia, aliter verba illa declaranda erunt. Et in ſexta, ad finem vſque ſummam colligit, qualis eius vita ſit, dum gratiæ aduentum præſtolatur CAL. Diuidatur hoc modo vt ſentis, modò Pauli ſenſum rectè intelligamus. CAM. Primam partem omittam, vt in fine commodius declaretur. CAL. Quapropter? CAM. Quoniam ſic obiter reliquas quinque partes Paulus tractat, vt parentheſis quædam poſt primam partem, vſque ad caput octauum facienda ſit: ſatius eſſe exiſtimo vt quò facilius intelligantur, ſimul eas explicemus. CAL. Rectè progredere. CAM. In ſecunda parte volens Paulus has quas audiſti quęſtiones enarrare: hunc in modum exorditur [Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt?] cui quæſtioni mox reſpondet, [Abſit] ſiquidem lex in ſe iuſta & ſancta eſt. [Sed peccatum non cognoui niſi per legem] quæ verba obſeruanda ſunt, eo quòd minimè per legem peccatum conſummari dixit, ſed cognoſci. [Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces] Vbi perſpicuè vides minimè Paulum, longè poſt legem natū, ſed hominem quem in eius

5. pars.

6. pars.

Primã partem textus declarare omittit, vt commodius in fine omnium declaretur.

Secunda pars capitis 7. ad Romanos.

Peccatum nõ cognoui niſi per legem.

c. 7. ad Rõ. pars 2.

personà fingit, ante legem & post legem, viuentem, pro humano genere loqui: quemadmodum paulò pòst dicemus. [Occasione autem accepta] non data: pulchræ mulieris instar, quam si viderimus, alicuius concupiscentiæ causa est, quam ipsa non dedit, sed nos potiùs eam accepimus. [Peccatum per mandatum] superueniens [Operatum est in me omnem concupiscentiam] non habitualem, quæ vna est, & eam initio habui: sed actualem, qua innumeris modis peccauimus: quasi dicat, vt per omne genus concupiscentiæ pergerem, eò quòd nitimur in vetitum. plenum his verbis concupiscentiæ gradum ostendens: iuxta illud, Etsi habuero omnem fidem †. Sic enim scriptum est, legem subintrasse, vt abundaret delictum†. At si dicas, in quem modum? [Sine lege enim peccatũ mortuum erat] Idcirco mortuum, quia ante legem peccatum quod aderat, facilè non cognoscebatur. [Ego autem viuebam sine lege aliquando.] Hem Caluine, quid istud? Paulúsne loquitur? quando exlex Paulus fuit? CAL. Ita indulgebat sibi Paulus, dum sub lege erat, vt latens illud in corde vitium non putaret. quasi vox ista, viuebam, propriam habeat connotationem: quia absentia legis faciebat, vt viueret, hoc est, inflatus iustitiæ suæ fiducia, vitam sibi arrogaret, cùm esset mortuus: perinde ac si diceret, Cùm seposita legis cogitatione peccarem, sic sopitum erat peccatum, quod non obseruabam, vt propè mortuum videretur. Ego autem contrà, quia

Occasione accepta.

Sine lege peccatum mortuum erat.

Paulus pro se nõ loquitur.

† 1. Corin. 13

† Rom. 5.

peccator mihi non videbar, acquieſcebam in me, putans mihi domi eſſe vitam. nam mors peccati, vita eſt hominis. rurſus, vita peccati, mors eſt hominis.† CAM. Totus in componendis aptandíſque voculis es Caluine: vt apertiſſima contextus verba deprauare poſſis. hoc quidem maximè Petrus vetat†. CAL. Tota vis in diuidendo verba textus manet. CAM. Ita tamen, vt tuo iudicio comma ſtet, Ego autem viuebam, ſine lege aliquando. CAL. Probé. CAM. Satis improbé. CAL. Quapropter? CAM. Num Paulus dicit, Peccatum aliquando non cognoſco, quia ſine lege aliquando quaſi in iniuſtitia lætus viuo? Non ſic Caluine, ſed pręterito tempore vtitur: viuebam, neſciebam: quaſi in eodem ſtatu multo tempore permanſerit hic homo à Paulo naturæ vice repręſentatus, ſub natura corrupta viuens. Quocirca vt aduentum, non autem reminiſcentiam legis prænarratam oſtenderet, ſequentia verba ſubnectit [Sed cùm veniſſet lex, peccatum reuixit.] CAL. Aduenisse nunc legem vocat, quòd verè intelligi nunc cœpta ſit. CAM. Quid illud Caluine, quod alibi Paulus ait: Vbi non eſt lex, non eſt præuaricatio?† & paulò pòſt, Vſque ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur†. num continuò addendum erit, Quia legis memor ego Paulus non eram, ſeu illam ego non intelligebam? Sanè non. quandoquidem toti mundo, non autem vni Paulo, iamdudum enarrato modo peccatum

† Caluini verb. ī epi. ad Ro. c. 7.

† 2. Pet. 3.

Cū veniſſet lex, peccatum reuixit.

† Rom. 4.

† vt ſup.

mortuum erat. Mundo item lex data fuit, non ſoli Paulo, ſicut alibi dicit, Per legem cognitio peccati†, †*Rom.3.* nouum aduentum legis oſtendens. & paulò antè, Sed cùm veniſſet mandatum, peccatum reuixit pro genere humano: non autem in perſona propriè loquens. Quibus hunc in modũ explicatis, dicamus. [Ego autẽ] homo: qui generis humani vice loquor, quemadmodum infrà dicit, Ego homo infœlix. & nũquam dicit, Ego Paulus [Viuebam ſine lege aliquando] Moſaïca, ſtatum naturæ corruptæ ante legem repræſentans, in quo, eo modo quo dixi, mortuum peccatum videbatur. [Sed cùm veniſſet mandatum] à Moyſe promulgatum [peccatum reuixit] Siquidem id quod peccatum eſſe non cogitabam, peccatum tunc eſſe lex mihi oſtendit. Dixit nãque, Non concupiſces. vnde cõcupiſcentiam peccatum eſſe cognoui. [Ego autem mortuus ſum] hoc modo ſpiritualiter mortuus, quia mors quę erat, per legem manifeſtata eſt. non ſecus ac ſi diceret, Aduentus legis, peccati viuentis atque regnantis, pariter & proprię mortis generis humani, ipſi humano generi cognitionem manifeſtam præbuit. [Et inuentum eſt mandatum quod erat ad vitam] vt vitiis carens gratia comite iuſtitiam ſectarer, vnde vita: [Hoc eſſe ad mortem] non Paulo, qui à Domino reſponſum acceperat, Sufficit tibi gratia mea: ſed ipſi generi humano, quotquot abſque gratia perierant. At ſi dicas, Lex ergo mala, quæ peccatum parit, reſpõdet: [Nam peccatum occaſione accepta

Ego autem mortuus ſum.

per mandatum] vt ſuprà dictum fuit[ſeduxit me, & per illud occidit]dum actu concupiſco. [Itaque & lex ſancta] perinde ac ſi dicat,Ex his igitur patet legem eſſe ſanctam, prout verè eſſe debet ſanctio ſancta,præbens honeſta, prohibens contraria [& mandatum]prohibens ne rem alienam, vxorem, ſeruum, vel iſtiuſmodi generis reliqua concupiſcamus [ſanctum, iuſtum, & bonum]vt quæ nobis fieri nolumus, alteri ne faciamus. nil mali afferens. Sed nos occaſione à lege accepta non data malum operamur: & mandatum quod erat ad vitam, generi humano ante gratiæ aduentum ad mortem fuit. promittebat nanque vitam, ſi ad gratiam genus humanum confugeret. [Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors] Dicámne iſtud?[Abſit]immò potiùs ſic dicam[peccatum,vt appareret peccatum,per bonum.]Mādatum quod bonum mihi facere volebat: [operatum eſt mihi malum.]At dices,quod malum?in quem modum? [Vt fiat ſupra modum peccās peccatum per mandatum]·dum concupiſcentiam auxit, pariter & pœnam. Hactenus de ſecunda parte capitis iſtius: vbi perſpicuè videmus hominem pro humano genere loquentem Paulum ibi finxiſſe: non autem de ſe ipſo loqui, renato iam, atque beatam vitam in via ducente: quam in vtraque lege Domini perambulans, atque de gratia in gratiam pergens, à die conuerſionis ad mortem vſque, non autem abſque legis reminiſcentia conſeruauit. Ille

Quod ergo bonum eſt. mihi factū eſt mors.

Paulus ergo de ſe nō loquitur.

certè est, qui de seipso testimonium hoc præbet, cùm ait, Nihil mihi conscius sum.

CAPITIS QVINTI.
§. PRIMVS.

Pars tertia cap. 7. ad Romanos explanatur.

CAMERARIVS. CALVINVS.

POSTQVAM legis præconia, naturæque corruptæ infirmitates in præcedentibus enarrasset, causam addidit vnde istuc processerit: peccato scilicet Adami, in quo peccauimus omnes, inquiens: [Scimus enim quoniam lex spiritualis est] Dei digito scripta. Spiritum admonens, vt cum carnis passionibus colluctetur: lex verò euangelica lex spiritus. [Ego autem carnalis sum.] nihil vltrà potens, quàm opere legi aduersari, tametsi mente seruiam legi Dei. CAL. Quem in modum carnalis? CAM. Paulò pòst dicemus. Dic quæso Caluine, quis loquitur? Paulúsne totus carnalis homo? CAL. Pro illo loquitur, qui sub lege Mosaica viuit †. CAM. Est vt gratias Deo agamus, quòd veritatem confitearis: nempe Paulũ hîc pro se non loqui. quandoquidem etsi Pauli caro ante resurrectionẽ spiritualis nõ sit: Paulus tamen renatus, nouus homo est. Homo verò qui loquitur, per omnia carnalis erat. CAL. Non possum inficias ire. CAM. Deinde verò sequitur[Venundatus sub peccato] A quo? CAL. Ab Adamo. CAM. Num vt

Scim⁹ enim quoniã lex spiritualis est: ego autem carnalis sum.

Caluini cõfeßio Paulum pro se minimè loqui.

† Cal. in ep. ad. Rom. c. 7.

Venundati sub peccato

coacti seruiamus? CAL. Coactionem excludo: sed non minus natura seruos homines esse prædico, quàm empta mancipia, quibus heri, non secus
†*In eo.c.7.* quàm bobus vel asinis pro libidine abutuntur†. CAM. Somnias Caluine? CAL. Sic enim prorsus peccati imperio agimur, vt tota mens, totum cor, & denique actiones omnes in peccatum propendeant. CAM. Si ea nunc repeteres, quæ alibi confiteris: nempe aliter inanimata, aliter vegetantia, aliter sensitiua, aliter verò rationalia, secundum proprium motum, Deum mouere: aliter di-
†*In tua Institu. et cōt. Pigh.* ceres†. Deus certè hominem mouet: sed vt sponte pareat, & cum libero arbitrio sequatur †: Ita
†*Li.1.c.10.* vt simul stent nos venditos esse sub peccato, & nihilominus libero cum arbitrio seruire nos peccato. Itidem in nostra potestate relicti, & voluntarii iustitiæ seruiamus: quemadmodum alibi
†*Lib.1.c.6. in prin. & §.1.* fusiùs disseruimus.† [Quod enim operor, non in- *Quod enim operor non intelligo: an pro se Paulus loquatur.*
telligo] Quis ista ait? CAL. Spiritualis homo Paulus: eò quòd solus homo spiritualis, opera quæ ex infirmitate carnis admittit, se non cognoscere detestatur. CAM. Cur impius homo (vt tu fateris) suprà dixisset, Scimus enim quoniam lex spiritualis est: ego autem carnalis sum. si idē homo pro causa non subiungeret, Quod enim operor, non intelligo? Nónne & impii quoque mentem synderesis illa, seu vermis, plerũque mordet? CAL. Sed toto ex corde peccatũ illis placet. CAM. Itidem & iustis, qui licet nolleitatem peccādi (vt nostri loquũtur)

retineant: volentes tamen peccant, quum à iustitia excidunt. CAL. Qua ergo ratione impius, quod agit, non intelligit? CAM. Siquidem lege dicente, Non concupisces: eo deinde concupiscente, quod operatur, ea ratione non intelligit, quia in eligendo saltem ignorans est, malum eligens tanquam sibi bonum. CAL. Num id ipsum in iusto peccante erit? CAM. Maximé. CAL. Cur igitur sensum meum reprobas? CAM. Siquidem tu id non quęris, an iustus comprehendi sub his verbis possit: sed impium loquentem excludens, iustum duntaxat loqui contendis. aliud cùm sit iustum in hoc cap. 7. in quibusdam ex mente literæ comprę-hendi posse, quod fatemur: aliud quòd iustus loquatur, quod negamus: quemadmodum sequentia verba docent. [Non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum, illud facio.] Verba ista ponderemus Caluine, quibus Augustini sententia comprobatur, cùm ait, Liberum ergo arbitrium perfectè fuit in primo homine: in nobis autem ante gratiam non est Liberum arbitrium, vt non peccemus, sed tamen vt peccare nolimus†. iuxta illud Domini, Vade & noli amplius peccare†. Sic enim intelligendo verba hæc, cõgruentius in peccatoris persona propriam sedem habẽt, sicut verba sonant, non autem in iusto Paulo, qui malum post iustificationem non fecit. CAL. Catholici vestri, in persona iusti, verba ista explicant: vt bonum quod homo vult, id est contra rationem, nũquam cõcupiscere: hoc non agat: sed quod nõ vult faciat,

Quanquã Paulus pro se nõ loquatur, comprehẽdi in verbis textus potest.

†Aug. in expo. quor. ver. epi. ad Rom. col. 3.

†Ioannis. 5.

hoc est cōcupiscere. CAM. Quotiēs vis audire, rectè Catholicos fateri multa verba contextus Paulum iustum cōpręhendere posse, quemadmodum multis in locis Augustinus testatur†. CAL. Iuuenis cùm esset, sic locutus Augustinus fuit: sed errorem hunc in senectute retractauit. CAM. Caue ne cum magna turba decipiaris. Dixerat nāque in iuuentute, non posse verba ista iustum hominem cōpręhendere: eò quòd spiritualis ipse homo iustus est. & hoc dūtaxat in senectute retractauit, cognitô Pauli carnem post resurrectionem, non autem in via spiritualem futuram. Non autem & aliud retractauit, vt impius homo non loquatur. CAL. Vnde hoc hauris? CAM. Idem Augustinus ca. 23. lib. primi Retracta. sic inquit: Sed vidi etiam de ipso Apostolo intelligi posse. Audi, etiam de Apostolo intelligi posse, quasi via compręhensiua id fiat. Et paulò pòst, Etiam spiritualis hominis, iámque sub gratia constituti melius intelligi verba ista ostendimus. Audi, etiam spiritualis, quasi de vtroque: sed de iusto per extensionem cōprehensiuam ex mēte. eandémque sententiam alibi confirmat, vt etiam spiritualis hominis verba illa esse posse cognouerit†. Deinde verò sequitur, [Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi, quoniā bona est] quādoquidem natura ea appetit & vult, quę bona esse putat. CAL. Si darē, verba omnia quę enarrata sunt, impiū dūtaxat loqui: sequētia saltē [Nūc autē iam non ego operor, sed quod habitat in me peccatū] Pauli erunt. CAM. Quid te

† De præde sanct. c. 4. et li. 1. retr. c. 23. lib. 1.

† De bono. perse.

mouet? CAL·Quoniam impius in propriis peccatis ſibi complacet ambulans in adinuentionibus ſuis†: homo autem iuſtus peccatũ deteſtatur. CAM. Non ſufficiũt illa quæ paulò antè cõtra hæc examinata fuerunt. Dic rogo, quam habeas ſcripturam quæ dicat, in ipſo actu peccati, quando vterque peccat, vnum plus altero peccatum quod ſponte eligit, deteſtari? Quid ſi eſſet? an tunc plus & minus hanc ſpecificam differentiam facient? Vis videre quomodo etſi Paulum compræhendere verba textus poſſent, verè tamen in perſona impii loquatur: ſequentia verba expende [Scio enim quòd non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum] carnem pro toto homine nuncupans: iuxta illud Pauli: Nónne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis †? & alibi: Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt†. Non quòd caro mala ſit: ſiquidem caro noſtra in ſua natura bona eſt †: ſed quatenus eſt priuata originali iuſtitia propter peccatum primi parẽtis, cauſa eſt, vt non habitet in eo bonum. Quid igitur hoc quod dicit, non habitare in carne ſua bonum? Nil quidem aliud, niſi quia ſummota gratia, hoc altero etiam caret, quippe ne perficere bonũ quod optat poſſit. vnde ſequitur [Nam velle mihi adiacet] dum bonum mihi à lege oſtenſum opto: itaque ex parte legi hęreo. [perficere autem bonum (abſque gratia) non inuenio] & cum Propheta dico, Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore†. At

† Pſal. 80. & Rom. 1.

† 1. Cor 3. a.
† Rom. 8. a.
† Aug. de ciuit. Dei li. 10. c. 24.

Velle mihi adiacet.

† Pſal. 118. octo. 3.

dices, cur perficere posse desperas? [Nō enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago.] debiles Liberi arbitrij vires confitens, quas in præcedentibus verbis confessus fuerat, vbi impiū loqui diximus. Congregentur Lutherani omnes qui Augustinum gregi suo adsciscere conantur, & dicant mihi, an homo iste absque gratia nolle & velle habeat: & hoc confiteri cogentur, vt habeāt. CAL. Quid tum deinde? CAM. Augustinum legant dum multis sacræ scripturæ testimoniis eum qui nolle & velle habet, Liberum arbitrium habere docet†: in quo libertas arbitrij consistit, vt cōsentire & dissentire homo in se habeat, tametsi propter debiles Liberi arbitrij vires peccet. Et hoc rectè, quandoquidem etsi Liberum sit arbitrium vt homo nolit peccare: non tamē liberum est, vt non peccet, & peccatum præcauere possit†. Siquidē cùm dicit, Quod nolo, id ago: velle adiacet mihi, perficere non inuenio. ea enarrat quæ hominum sunt ex illa mortis dānatione prouenientia:† non quidem de se loqui poterat, eò quòd velle & perficere posse, tempore quo epistolā ad Romanos scripsit, obtinuerat. CAL. Qua ratione hoc tu nosti? CAM. Quoniam à bono Paulum cecidisse non legimus, sed eum gratiam perseuerantiæ vsque in finem habuisse constat, Domino dicente, Sufficit tibi gratia mea†. Hic autem homo cecidit, prout verba illa ostendunt: Quod nolo malū, hoc ago. Hoc planè Paulus nunc agit, quippe vt propositionem illam,

Argumentum tertiū pro lib. arbitrio. Non enim quod volo bonū, sed quod nolo malum, hoc ago.

† De grat. & lib. arb. c. 2. & 3.

† Epist. ad Rom. c. 3.

† Lib. 1. Retract. c. 9.

† 2. Cor. 12. e

quam suprà proposuerat, [Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ] probet, probatámque confirmet: quocirca denuo illam repetendo, dicit: [Si autẽ quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ] Quid est, non ego operor illud? non consentio, non annuo, non decerno, semper mihi displicet, mẽbra mea teneo†. Quid habitare? num vt continuò homo ipse natura peccator sit, proindéque perpetuò peccet? Non quidẽ: sed sic peccatum in eo habitare dicit, sicut gratia Dei nobiscum habitat. vt scilicet eodem modo, quo gratia sola honestatis motus in nobis creat, quibus sensus officiũ suum præstat: itidem concupiscẽtia ipsa loco iustitiç subrogata, malos motus in sensu sola producat: quod est habitare in eo peccatũ. Aliud cùm sit habitare peccatũ, hoc est concupiscentiã habitualem habitare: aliud peccare actu cõcupiscendo, vt hoc modo habitet mortale peccatũ, quẽadmodũ suprà fusiùs dictũ fuit†. Hinc sanè Paulus dicit, nolo, volo, operor, facio, ago, quę actualẽ concupiscentiã designant, per quam peccamus: non autẽ habitualem, quæ est pœna peccati. in quo Paulus, qui de se nõ loquitur, hominem in se transfigurat†: Liberum arbitrium ad iustè viuẽdum ei denegans, qui gratia caret: non autem sibi, qui illa comite vitam ducebat. CAL. Dicemúsne Paulum impropriè esse locutum, vbi propriè poterat loqui? vel vim verbi, habitare, & verbi, peccatum, ignorasse? CAM.

† *Aug. de verb. Apo. ser. 6. char. 6. col. 4.*

† *Ca. 3. et 4.*

† *De nat. et gra. c. 50.*

Nónne ille idem Paulus hac voce impropriè aliquando alibi vſus fuit, quando Chriſtum feciſſe peccatum dixit, vocem peccati, pro hoſtia peccatorum vſurpans†? CAL. Impropriè ergo ipſum loqui & hîc fateris? CAM. Nulla adeſt improprietas, quando vox, peccatum, omnem defectum ſecundum ipſius proprietatem ſignificat. CAL. Sciuiſſet vtique apertiùs loqui. CAM. Haudquaquam apertiùs ipſa concupiſcentia homini nocens commonſtrari poterat. CAL. Martinus reclamat, vt in re tam ardua, verba impropriè ſumantur. CAM. Tādiu reclamet, donec raucæ eius fauces fiāt. CAL. Paulum omnino loqui contendit, in quo peccatum concupiſcentiæ habitualis manet non imputatum. CAM. Quid iſtud, vt in Paulo concupiſcente peccatum habitet mortale, quod nō imputetur? nónne hoc paulò antè excluſum fuit?

†2. Cor. 5. d.

CAPITIS QVINTI.

§. SECVNDVS.

Quoniam Paulus in hac quarta contextus parte, multarum legum meminit, ne illa lectores morentur, ante hanc explicationem declarantur.

CAVINVS. CAMERARIVS.

MAGNVM legum ſtrepitum, in his quæ ſequuntur verbis, audimus. CAM. Vtinam animæ auribus hūc rumorem auſcultares, & minimè Liberum arbitrium poſthac negares. CAL. Quapropter? CAM. Quandoquidem multi

Diuerſæ leges.

ſunt, qui ſupra cortices harum legum ambulantes, quid intus contineant, haudquaquam expendũt.

Lex Moſaïca, lex eſt, cæteræ mẽtis propenſiones & carnis ſũt.

CAL. Lex Dei Moſaïca, lex eſt: cæteræ verò tametſi leges nominentur, magis pro quadam vel mẽtis propenſione, vel carnis, quæ mentem ad malum inclinet, vſurpantur: modum his vocibus commõſtrans, ſecundum quem homo peccato Adami captiuus ſub his legibus, donec gratia adueniat, detineatur. CAM. Probè: ſed hoc vorare potiùs leges has, quàm eas intelligere eſt: quandoquidem homo hoc loco repræſentatus, eo quoque tempore loquitur, quo Moſaïca lex non erat. CAL. Expecto quid dicas. CAM. Scis enim quintuplicem legem eſſe: æternam nimirum, naturalem, diuinam, fomitem, humanam.

Lex æterna

Quarum prima æterna, ratio eſt ſeu conceptus gubernationis rerum in Deo: quæ omnibus regula eſt, qui participant eam, in quantũ ex ea inclinantur in proprios actus & fines. quo fit, vt defectus & omnia cõtingentia omnium naturalium, legi æternæ ſubiiciantur. Sic enim lex æterna ſecundum eſſentiam beatis duntaxat nota eſt: in ſuis verò effectibus omni humanę creaturæ.

Lex naturalis.

Poſt quam lex naturalis ſuccedit, ipſam legem æternam participans, propter impreſſionem diuini luminis in creatura rationali, quæ inclinatur ad debitum actum & finem, dum naturalis ratio ſuadet, vt omnia effugiat, quę virtuti aduerſantur. Quo in loco animaduertendum eſt, ne cum multis erremus, qui putant ſolam naturã ſupernaturalium

Diuerſæ leges.

virtutem imitatricem esse. Siquidem vbi legimus, gentes naturaliter ea facere, quæ sunt legis: exponendum est, per naturã gratia reformatam. Quã ob causam tertio loco lex diuina sese obtulit, quæ naturæ instinctum explicaret, defectúmque eius suppleret, & quasi auxilium legis naturalis esset: vt per illam homo rationalis ordinaretur in Deum. in Deum inquã, hoc est, vt corporalia & sensilia subsint rationi, & tandem totus homo sit subditus Deo, vt fruatur Deo. Insuper & quarto loco fomes adest, cuius effectus duo sunt: rebellio scilicet ab his omnibus: & seruitus, in nomen legis pertransiens, vt dicatur lex, inquantum pœna à Deo inflicta est, non autem inquantum ad malum inclinat. CAL. Vnde tu ista hauris? CAM. Scholæ nostræ catholicæ, in quas vos debacchamini, has margaritas nobis ostendũt. Thomã legite, quẽ ego in his sequor†. CAL. Putas tu de his legibus hoc in loco Paulum sensisse? CAM. Hoc ingenuè affirmo, non posse nos verba Pauli commodè intelligere, nisi has leges, quas enarraui, priùs intueamur: & alteram insuper, quam nostri Theologi silentio præteriere. CAL. Quam? CAM. Legem originalem. CAL. Legem hanc dari sæpe audiui. CAM. An vera intellexeris, iam iã tu ipse iudicabis. CAL. Perge. CAM. Pergam, si quasi tua essent, ea afferre volueris, quæ Zuinglius & Pighius in hac quæstione sentiunt. CAL. Quid ad laborem hunc sustinendum tuum animum impellit? CAM. Quoniam

Lex Diuina.

Fomes.

Lex originalis.

† 1. 2. q. 19. 4. 3. et q. 91. 2. o. & 6. o. & 93. o. in. 4. di. 3. q. 1. a. 3. q. 1. disti. 17. q. 3. a. 1. ad Ro. lec. 3. col. 2. & hic lec. 4. Cont. 3. 5. & ferè in tota disputatione.

multi adſunt ex veſtris Proteſtantibus, qui Pauli authoritate, cùm ait, Vbi non eſt lex, ibi non eſt peccatum: hoc conſequens deducunt, Lege itaque originali non data, minimè originale peccatũ datur: vt falſa doctrina hæc obliteretur, libenter hoc ago. CAL. Cum illis igitur negocium hoc habeto. CAM. Multa quidem audies, quæ in hunc diem nuſquam legi. CAL. Loquar igitur ego quæ ipſi dicunt. CAM. Progredere. CAL. Si originalẽ legem inquiras, id eſt legẽ primã: lex ęterna originalis erit. CAM. Minimè hanc ſcire opto: ſed illam propter quam peccatum cõtraximus originale. CAL. Harmonia illa iuſtitiæ originalis homini data, eo modo lex Dei, originalis dicetur, ſicut tu fateris fomitem in pœnam à Deo datum, legem eſſe. CAM. Iuſtitiam originalem hanc eſſe contendo, alio vocabulo metaphorica iuſtitia nominata†: quæ etſi largo modo propter naturalem rationem lex ſecundum Paulũ dici poſſit, dũ ob hanc rationis cauſam mentis legẽ illam vocat: minimè tamen tanquam Dei præceptũ ſtabit, ab homine in quo ipſa iuſtitia originalis inhabitabat, ſegregatũ. quandoquidẽ lex à ligando dicitur: ligat autẽ dũ obligat. Lex item à legendo, quia ſcripta vel atramẽto, vel ſpiritualiter in cordibus noſtris eſt: ita vt regula ſit atque menſura actuũ agendorum vel omittendorum: & vim coactiuã habeat. alioqui lex non dicatur. quæ omnia in ipſa originali iuſtitia nequaquã poſſunt cõſiderari. CAL. Nónne ipſa mẽs inferiorib⁹ partibus

Lex prima quæ.

Harmonia prima, an lex vel iuſtitia originalis fuerit

† *Thomas 1.2ª. q. 100. art. 2. 2ᵐ. ex Ariſtotele Ethi. 5.*

Quare lex.

Harmonia in quo conſiſtebat, et quis modus eius.

imperat? CAM. Duæ fuerunt opiniones. Altera nimirum, fomitẽ in illo quoque ſtatu iuſtitiæ originalis nos tentare potuiſſe, mentẽ verò inferioribus partibus imperaſſe: ſecundũ quem modũ imperare diceretur. Altera verò, vt ad malũ nõ tentaret: ſiquidẽ vt obedientes in eo manebant, & tunc imperiũ quod actu à ratione imperando procedat, per quod inferioribus partibus actu imperetur, nullũ adeſſet. CAL. Stet igitur primo modo. CAM. Secundũ clara voce omnes ſequũtur†. At quid ſi darem primo modo ſtare, quòd mens inferioribus partibus imperaret, tunc vbi illa lex, quæ mẽti iubet vt hæreat Deo? CAL. Lex diuina. CAM. Nulla lex diuina illo tẽpore aderat. CAL. Lex aderat naturæ, in legẽ æternam directa. CAM. Sed vbi Dei ſpiritus, à quo dirigitur lex naturę? CAL. Aut illa harmonia quę pro iuſtitia originali ſtat, ipſum hominẽ hunc in modũ dirigebat: aut legẽ originalẽ, & harmoniã, ſimul & peccatũ originale ego negabo. CAM. Cùm Salomon hominẽ rectũ creatũ eſſe teſtetur†, ſatis ipſam harmoniã oſtendit. CAL. Si harmoniã eſſe concedam, vbi lex originalis? CAM. Scito Caluine, eo tẽpore legẽ originalẽ ꝓmulgatã fuiſſe, quãdo hominẽ ad ſuã imaginẽ Deus creauit: his verbis oſtẽdens, hominẽ legis ęternę imitatorẽ eſſe oportere, in quam hominẽ, qui ex anima quę vitam corpori dũtaxat pręſtat, in ipſa hominis creatione cõſtabat, inſufflatione in animã viuentẽ fecit, ſuóq; flatu in legẽ æternam ipſum direxit†. CAL. Cur originalis? CAM.

Harmonia in quo conſiſtebat, & quis modus eius.

† *Tho. 1. q. 95. ar. 2. c. et ibi Caie.*

† *Eccl. 7.*

Lex originalis.

† *Aug. lib. 13. de ciuit. Dei c. 24.*

Ea ſanè ratione, quia hoc primum præceptũ præceptiuum, hominem obligans, ab eius origine fuit: legẽ originalẽ, ipſam imitationẽ debitã vocamus ita ſegregatam à iuſtitia originali, quæ potens erat hominẽ Deo coniunctũ conſeruare: ſicut Liberum arbitrium, quod in potentia rectè iudicandi conſiſtit, à cęteris legibus diuerſum eſt: tametſi hęc duo haudquaquam longa differentia inter ſe diſtent. CAL. Quid tu per vocem illam, imaginem, intelligis? CAM. Ipſam legis æternæ, quæ in Deo eſt, imitationem ſignificari affirmo. CAL. Longè à veritate abes, ſi per hæc verba hãc imitationẽ Deũ ſignificare voluiſſe dicis: cùm omnib⁹ placeat nullã aliã ob rẽ verba illa Deũ dixiſſe, niſi vt animæ ſimilitudinem cum ipſo Deo oſtenderet. CAM. Fateor: ſed quia eadem vox in ſcriptura ſacra diuerſa myſteria ſignificare poteſt, quando ſpiritus multiplex in ea cõtinetur†: præter hoc myſterium, aliud †*Iob.8.Sap.7.* me enarratũ ſignificare poterit. CAL. Quis author? CAM. Ioannes in Apocalypſi, cùm ter ait, Beſtiã, & imaginẽ eius, id eſt imitatores ſuos†. CAL. Nullius authoritatis Apocalypſis penes me eſt. CAM. †*Apoc 15. 16.* Eſſe tamẽ deberet, ꝓpter ea, quæ in noſtro Canone in libello de vera Eccleſia Dei docuimus. Atqui Paulum cape, cùm ait, Portemus imaginem cæleſtis in operibus bonis. vbi per imaginem, hanc imitationẽ intellexit†. CAL. Illa ergo quę imitamur, †*1.Cor.15.* pro lege habemus? CAM. Sic pro lege habentur ea, quæ imitari obligamur, ſi ſolius conſilij non ſunt.

quòd ſi negligantur, pro vitio nobis aſcribatur. hac enim ratione Paulus illos, qui ipſum imitati non
†2. Theß. 3. fuerant, è ſynagoga excluſit†. eadémque ratione Ioannes in ipſo nos manere debere dicit, vt ſicut
†1. Ioan. 2. ipſe ambulauit, ita nos quoq; ambulemus†. CAL. Quorum tunc Adamus ad Dei imaginem creatus, imitator eſſe debebat? CAM. Omnium virtutum Dei, quæ in eius lege æterna continebantur. Quaſi ſufficiat homini intellexiſſe virtutes: vt imitari illas, quantum ad legem attinet, obligetur, ne in peccatū labatur. Neque aliam ob cauſam, ſicut paulò antè dixi, Deus poſtquàm hominem creauerat, inſufflauit: niſi vt inſufflatione per Spiritumſanctū ſuum, qui docet nos omnia, legis æternæ particeps eſſet. Sic enim rudes Apoſtoli inſufflatione omnia in-
†Ioan. 20. tellexerunt†, & Paulus à Chriſto euangelium ha-
†1. Cor. 11. buit†. CAL. Idcirco inſufflatio illa facta eſt, vt in
Vide Aug. in loco citato. animam viuentem atque immortalem, hominis anima generaretur: eámque ob cauſam in cætera animãtia non inſufflauit, quia etſi vt viuerent creata eſſent, illorũ tamen anima temporalis erat. CAM. Paulò antè dixi, abſurdũ non eſſe, vt idem verbum multa myſteria cõplectatur. CAL. Dem hoc? CAM. Si hoc dederis, dicam ego iſtuc Deũ principiò inſufflando effeciſſe: & aliud pręterea ſimul cum iſto, nempe vt legem æternã homini reuelauerit. CAL. Dem & hoc? CAM. His ſic explicatis, cape nunc legem æternam à te propoſitã, legem item naturæ per quã ad cognitionẽ æternæ legis peruenimus.

„Et his propositis, dic legē originalē, ipsam imitatio-
„nem homini præceptā fuisse, quē insufflatione spi-
„ritus sui, Deus ipse, legē naturæ ordinādo, in legem
„æternam, hoc est, ipsum Deū, direxit: vt homo eius
„imitator esset. CAL. Res quidē noua satis penes me
hæc est. CAM. Non quidē Dominus Cain pecca-
tum in foribus adesse† dixisset, neque fratres Ioseph †Gene. 4. a
ante legem Moysis cōquesti fuissent, dicētes, Me-
ritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrē no-
strū†: neque Paulus ante legē Moysis, malā concu- †Gene. 42. d.
piscentiā peccatū fuisse subiunxisset, si hūc in mo-
dum legē originalē Adamus non suscepisset. CAL.
Nónne lex æterna atque naturalis isthęc cōmon-
strabāt? CAM. Minimè, si lex diuina, homini legē na-
turalē habenti, vt in æternā dirigeretur, nō succur-
risset: quę quidē lex cū apertis verbis ꝓmulgata tūc
nō esset, insufflatione homo ipse adiutus à Domi-
no fuit, vt coniungeretur Deo. CAL. Patres nostri,
hanc nobis doctrinā non tradunt. CAM. Nō qui-
dē patrum cēsor esse quæro, quasi illis posthabitis
meā doctrinā lectores suscipiant: sed potiùs huma-
niter rogo, vt hęc quę scripsi, legere velint. Quis e-
enim scit an deinde mecū dicāt, aliud esse harmo-
niā ab ipsa lege originali? libertatem illis tamē re-
linquo, vt lucidiora addāt, quę ipsā legē originalē
ostēdant. Hoc tamē opto, ꝙ si malè me loquutum
esse censeant, sacra scriptura, vel orthodoxi patris
authoritate aliqua, testimoniū de malo perhibeāt.
Satis quidē est tū sacræ scripturę testimoniis, tū ra-
tione, tū patrū authoritate me isthuc probasse. alij
suo abundent sensu.

CAPITIS V. §. TERTIVS.

Quænam mentis, membrorum item leges sint.

CAMERARIVS. CALVINVS.

VTINAM auditores eorũ ambo essemus, qui leges has membrorũ ac mentis, maiori solertia, nobis enucleare posset. CAL. Nulla certè re à proposito explicãdi verba hæc, deterreri debes. CAM. Vereor aliquos, qui Theologiæ duntaxat operam nauarunt, multa ex his quę dicã nõ esse intellecturos. CAL. Quid istud. CAM. Optarẽ Caluine, omnes Theologos, non solùm strenuos Iurisconsultos, immò & optimos feudorum doctores esse: vt illorum exemplis, Thomę sententias quas in ipsa concupiscentia nostra, post Adami peccatũ suo perspicacissimo ingenio contẽplatus est, quasi manu tangerent, tangẽdóque & reliqua optimè intelligerent CAL. Quã ob causam tot sciẽtias cóiungi optas? CAM. Nẽpe, vt quæ Thomas solus contemplatur, Iurisconsultorum exemplis lucidius ostẽderentur. Deinde verò sacræ scripturæ testimoniis, & Thomę contemplationes, & Iuriscósultorũ exẽpla ꝓbarẽtur. CAL. Nõne tu Iuri, feudis, & sacrę scripturę operã nauasti? CAM. Nauaui, sed peritiores audire cuperẽ. CAL. Poteris quę tibi occurrũt, in mediũ afferre: vt si qua defuerint saniori aliorũ iudicio, suppleãtur. CAM. Scire prĩcipiò debes, minimè Adamo dũtaxat donũ hoc iustitiæ originalis esse collatũ: immò potiùs, vt ab ipso in nos *Personæ Adami dũtaxat, originalem iustitiam datam fuiße negamus.*
†1ª.4.100.1.0. ꝑueniret†. CAL Subsiste paululũ obsecro, tãtisper dũ aliqua ego intellexero, quę mihi admodũ ambigua

ff. ij.

hactenus fuerunt. CAME. Perge. CAL. Causam principiò scire opto, cur iustitiam naturalẽ seu originalem ipsam harmoniam vocent, si perdi potest: quandoquidẽ Angeli ea, quæ naturalia erãt, haudquaquã peccando perdiderunt. CAM. Nõ quidem naturæ donum harmonia hæc fuit, sed dicitur iustitia naturalis, non quasi causata ex principiis naturæ, sed quasi propaganda cum natura, tãetsi extrinsecus adueniat†. CAL. Sæpe hanc Thomæ doctrinam legi, sed modum quomodo non naturæ, sed speciei naturæ, tanquàm extrinsecũ donũ iustitia ipsa data fuerit, vt ad omnes perueniret: in qua ceteris hominibus, nemo preter vnũ Adamũ, offendiculum aliquod præbere potuisset, neque ego intueor, neque id scriptura testatur, sed Thomæ potiùs adinuentiones sunt. CAM. Solos primos parentes, nec alios nobis nocere posse Augustinus quoque asserit†: in reliquis verò quæ sciscitatus es, minimè solus erras: nam quidam catholicus tecum ignoratis terminis id ipsum tentat. CAL. Aliqua tu pro Thoma in medium prome. CAM. Iustitiam ipsam pro omnibus fuisse ab Adamo acquisitam, Abrahæ quoque exemplum docet: qui pro omnibus futuris virtute contentis in lumbis eius, Paulo teste decimauit†. CAL. Num vt iustitiam ex seminis virtute, quę de vno in alium peruentura fuisset, haberemus? CAM. Nequaquam: immò potiùs vt in infusione animæ, vnicuique ipsa iustitia cõdonaretur†. CAL. Ad quẽ igitur modũ Adamo data, si ad-

Qua ratione iustitia naturalis dicitur.

Iustitiam originalem pro omnib⁹ ab Adamo fuisse acquisitam, sacræ scripturæ testimoniis probatur.

† 1. q. 100. a. 1m.

† *In lib.* 13. *de ciuit. Dei.* c. 3.

† *Heb.* 7.

† 1. q. 100. 1. c. 2m. 12. q. 83. 2. ver. q 25. 6. c.

huc dãda erat? CAM. Hîcmentẽ eleuare oportet atq; animaduettere, vt cùm neq; naturę ſic datã iuſtitiã fuiſſe cernimus, vt cõnaturalis fuerit: neq; ipſi Adamo, hoc eſt indiuiduo ſuo dũtaxat (vt dictũ eſt) collatã, ſed omnib⁹ in lumbis eius virtute exiſtentibus, (quẽadmodũ ipſum quoque peccatũ oſtẽdit, quod naturę ſeu mundi peccatũ dicitur†) hinc neceſſariò ſequi, vt iuſtitia originalis, in qua primus homo conditus fuit, accidens quoddam naturæ ſpeciei fuerit: non quaſi ex principiis ſpeciei cauſatum, ſed ſicut quoddã donum duntaxat diuinitus toti naturæ datum. CAL. Ergo non dandum. CAM. Et datum Adamo, & dandum cæteris†. CAL. Quem in modum? CAM. Scito Caluine, vni Adamo integram naturam tunc in ſe vno virtute habenti, ſic iuſtitiam Dominum condonaſſe, nempe vt ex prouidentia Dei dantis, ſucceſſione, ſingula mẽbra quæ ſub natura forent, proprio iure eandem iuſtitiam habitura eſſent†. Verùm enimuero quia in manu conſilij ſui poſitus, & primus huius iuſtitiæ acquirens Adam erat, cuius occaſione nos ipſam iuſtitiam accipere debebamus, naturámque in propriis lumbis repræſentabat: potuit (vt fecit) ſic peccare, vt nos in ipſo peccaremus omnes†. Itaque naturam ex integra in corruptam vertere: vt in eodem loco animæ, vbi tanquam in ſubiecto, originalis iuſtitia permanebat: quam tunc ob peccatum originale perdidimus: reatus eodem modo ſubrogaretur, in carne verò morbus†: qui nõ ſuc-

† Tho. opus 10. ar. 28. fi

Iuſtitia naturalis accidens erat.

† 1. q. 100. 1 c. 1 m. 2m.

Lege hæc: & vbi nõ intellexeris ſequentia lege, vbi minutatim omnia declarantur.

† 1. q. 100. 1 c. 1m. 2m.

† Rom. 5.

† pa. 2. q. 83. a.

cessione simplici, sicut iustitia, sed (largius accepto vocabulo) transmissione ad hęredes, in nos sic trãsmitteretur, vt habitus quidã seu inordinata dispositio, ob dissolutionẽ harmoniæ originalis iustitiæ, in vnoquoque nostrũ subrogetur: vt quod in persona Adami culpa dicitur, in nobis pœna sit, ab illa culpa in qua pro nobis quoq; peccare potuit, orta†. Expendis vocabula & sententias istas? CAL. Nequaquam. CAM. Iurisconsultus es, & hæc ignoras? CAL. Sacræ scripturæ explicandæ operã do. CAM. Non quidem eam ob causam Iurisconsultorũ leges affero, vt rem tanti momenti illorum authoritate decidendã esse censeam: immò potiùs vt sicuti paulò antè dixi, exẽpla quædã illa nobis sint, à iure ciuili tanquã à domo ancillæ sumpta, vt ex his quæ manu tangimus, ad indagandum inuisa, à Thoma contemplata, rapiamur. Ipsas igitur legum ciuilium rationes, & quid cõtineant, in primis explicabo: vt deinde cõmodiùs sacræ scripturæ testimonia illis cõparãtes, id ipsum scripturã, quod leges dicere ex Thoma intelligamus. CAL. Matura. CAM. Duob⁹ planè modis, quicquid à moriẽtibus habemus, secundũ Iuriscõsultos acquirimus, successione nimirũ, vel trãsmissione ad hęredes[a]. CAL. Tãdiu est quod immensa iurisconsultorũ tũ leges, tũ cõmentariorũ volumina nõ reuolui, vt illa mihi è memoria omnino exciderint. tuũ igitur erit, me nũc docere, in quo ista differãt, successione aliquid capere, vel trãsmissione ad hęredes acquirere. CAM. Finge

Qualiter Iuriscõsultorum exẽpla offeramus.

† 1.2. q. 82. 1.0. ma. q. 2. c.

[a] *Successione vel trãsmissione ad hæredes, omnia secũdum Iurisconsultos à moriẽtibus habemus.*

ex Principis prouidẽtia auũ tuũ feudũ pro ſe & liberis, abſq; aliqua expreſsione qualitatis hæreditariæ obtinuiſſe: quomodo nepos illud habebit? num iure hęreditario, vt patri quoq;, nedũ auo hęres ſit? CAL. Memor huius rei nũc ſum: vt auo tũc, nõ autẽ patri ſuccedat: quandoquidẽ ſic accipiẽdo, ſub vna patris donatione generi facta, plures donationes ſic cõprehẽduntur, vt vnicuiq; futuro ſucceſſori, ꝓpria donatione idẽ feudũ dandũ ſit: quaſi plures donationes fuerint ad tẽpus & poſt tẽpus factæ, & vnicuique ad vitã cõdonatæ†. CAM. Probé. Sed reſpõde rurſum, an vbi ita feudũ acquiſitũ ſit, & pater auo ſucceſſerit: patre delinquẽte, delictũ patris nepotibus nocere in ipſo feudo publicãdo poſsit? CAL. Nequaquã. ſiquidẽ à genere, & nõ à patre, illud habẽt†. CAM. Quid ſi auus deliquiſſet? CAL. Duplici ratione feudo priuarẽtur: Prima, quia eius occaſione feudũ habẽt. aui occaſione inquã. ſiquidẽ ſi ille nõ accepiſſet illud, nepotes nõ haberẽt: & occaſio rẽ hæreditariã in primo acquirẽte facit†. Secũda verò ratione, quia in omni donatione, quã primus capit, hęc à lege ſubauditur conditio, vt ad ſucceſſores deueniat, niſi primus acquirens rẽ alienauerit, vel deliquerit in vita†. CAM. Habes ergo quomodo rẽ ſucceſsione, nõ autẽ tranſmiſſione ad hæredes, acquiramus: in qua nil nocumenti prӕterquam à primo acquirẽte, nobis fieri poteſt. CAL. Quid illud tranſmiſsione ad hæredes rẽ acquirere erit? CAM. Finge auũ non ſimpliciter pro ſe & liberis, ſed addito no-

Succeſsione quomodo?

Generi datur quando inueſtitura fit à Rege pro te et liberis ſimpliciter, abſque voce hæredibus: ita vt ad deſcendentes ſucceſsione tunc res proueniat.

Tranſmiſsiõe ad hæredes.

† l. 3. c. de donat. quæ ſub modo. And. in c. 1 de ſucc. feudi ver. & olim.

† l. 3. ff. de interd. & releg. l. ſi arrogato. ff. de adop.

† Vide Andreã de Iſer in c. 1. de alie. feu. pat. in fi.

† l. cũ quis. ff. de ſolu. Vide Andream c. 1. §. & ſi liuellum. de alie. fe. pa. c. Titius ſi de feu. fac. con.

mine hęredibus, feudũ acquisiuisse, quomodo tunc in feudo nepotes succedent? CAL. Iure hæreditario. CAM. Qua de re? CAL. Quia vox illa, hæredibus addita est: cuius virtus facit, vt feudum, quod natura non hæreditarium erat, hæreditarium fiat†. CAM. In quo hæreditarium à successione differt? CAL. Hoc ignoro. CAM. Hæc horum differentia est (quemadmodũ dixi) vt illa quæ successione habemus, immediatè à primo acquirente, & Regis dãtis prouidentia, proprio, non autẽ patris proximè pręmorientis iure habeamus†. quæ verò hæreditaria sunt, à primo acquirente vsque ad nos trãsmissione de vna persona in aliã, ea ex ratione veniant: quia nulla dantis prouidentia, qua successores propter se diligat, adest: sed nudum factũ primi acquirẽtis, qui suis hæredibus paterna pietate prouidere voluit, itáque prouidere, vt hęres hęredis tandiu vnus quisq; sit, donec testatoris hæres existat†. quod cũ ita sit, omne authoris delictum hæredi nocet, qui in re propria quoque non potest venire contra factum defuncti, cuius hæres est†. Tenes me? CAL. Teneo. sed qua ratione isthuc sacræ scripturę testimoniis probare possis, adhuc ignoro. CAM. Exẽpla hæc quæstioni nostræ in primis secundũ Thomæ doctrinã cõparemus, deinde verò, scripturę testimonia, iurisconsultorũ legibus applicabo. CAL. Placet. CAM. Datur quidẽ feudũ primo auo acquirẽti, pro se & omnib⁹ qui in lũbis eius erãt. CAL. Ita est. CAM. Datur quoq; originalis iustitia (secundũ Thomã)

† *Andr. de serm. c. 1. de alie. feu. pater. col. 2.*

† *l. 3. ff. de inter. et rele. & l. 3. c. de dona. quæ sub modo.*

† *l. fi. c. de hæredib. instit.*

† *l. cùm à matre. C. de rei vendi.*

†1.q.100.1. c.3m.1. 2.q. 88.2.c. Adamo, pro ſe & omnibus qui in lũbis eius aderãt†. CAL. Omnino. CAM. Hoc igitur in primis obſeruemus: & vltrà pergentes, adhuc intelligamus, non ſic dari feudũ, vt nihil deinde quotquot naſcituri ſunt, à domino dante capiãt: immò potiùs, vt vnuſquiſque, qui in feudo ſuccedere vult, alteram veterem inueſtituram capiat. quam inueſtituram veterem ea ratione in feudis vocamus, quia etſi de nouo fiat, à prima tamen donatione pendet, neque aliud præter illam continet. CAL. Clariſſimi iuris iſthuc eſt†. CAM. Homini ergo in mundum venienti, iſta quæ ſtatuimus comparemus: nempe vt ſicut feudatarius ſucceſſor veterem inueſtituram poſt mortem patris ſuſcipit: feudum autem à primo acquirente, ex prouidentia regis, qui donauit, capit: ſic omnis homo qui naſcitur, iuſtitiam Adamo (vt dictum eſt) pro ſe & omnibus datam ſuſcipiat: & quo modo adhuc veterem inueſtituram in feudo accipiunt, eodem noua infuſione iuſtitiæ eam capiant: nec proinde quicquam primo acquirenti pro ſe & ſucceſſoribus, quos virtute in lumbis habebat, non promiſſum acquirãt. CAL. Sic Thomas ſentit, vt iuſtitiæ quæ Adamo & ſpeciei naturæ data fuerat, adhuc adueniente anima confeſtim vnicuique daretur†. ſed abſque ſcripturæ teſtimonio vno. CAM. Quid negas? ánne in poſteros propagandam non eſſe? CAL. Minimè. CAM. Quid igitur? CAL. Quòd Adamo tunc data denuò vnicuique detur, hoc mihi nouum eſt. CAM. Memor

† Per quos fiat inueſt. & quo tempore miles.

Scripturæ teſtimoniis Thomæ ſententia comprobatur, vt noua infuſione in vniuſcuiuſque anima originalis iuſtitia infundenda fuerit.

† Thomas. 1a.q.100.a. 1. 2m.

ꝓmiſſionũ Dei es Abrahamo factarũ, quãdo ſibi & ſemini ei⁹ Iſraëliticũ regnũ ꝓmiſit†. CAL. Memini. †*Gene.17.* CAM. Quotiẽs prętcrea dixerit memorẽ ſe eſſe verbi quod Abrahæ ꝓmiſerat, itidẽ & Dauidi? CAL. In memoria habeo. CAM. Et tamẽ vncti ſunt reges antequàm regnũ caperẽt†: quo fit vt minimè incõuenies ſit, vt quod Adamo pro omnibus ſucceſſorib⁹ datũ principiò à Deo fuit, p ipſam iuſtitiæ infuſionẽ in vnoquoq; faciẽdã ſuſciperẽt. Sic enim in vno ſemine Adami, prima iuſtitia vnicuique noſtrũ dãda erat, ſicut in vno ſemine Chriſto reſtituti ad perditã iuſtitiã ſum⁹. Fuit nãq; Adã forma futuri†. Reſtitutio autẽ nõ abſq; infuſione fit†. Hacten⁹ de ipſa iuſtitia, in qua Adam⁹ creat⁹ fuit: quę ad nos ſi in iuſtitia illa pmãſiſſet, ſucceſſione ſic pueniſſet, vt ſi filij Adami peccare cepiſſent: nullo modo in pręiudiciũ generis humani peccare potuiſſent: vti iamdudũ probaui†.

†*1.Reg.10. & 16.* †*Rom.5.* †*1.Ioan.2.* †*Sup. ex Aug. in li. 13. de ciuit. Dei. c.3.*

CAPITIS. V. §. QVARTVS.

Sacræ ſcripturæ teſtimoniis probamus omnes volũtariè in Adamo ea ratione peccaſſe, quia ſpeciẽ naturæ in ſe vno repræſentauit. Quo modo naturæ dicitur peccatum, quanquam natura non peccauit.

CALVINVS. CAMERARIVS.

SVPEREST vt ſcripturæ teſtimonia afferas, quibus & Iuriſcõſultorum exẽpla, & Thomæ ſentẽtiæ cõprobentur. CAM. Poteris tu conſueto ordine ea, quæ ſcire cupis, rogare, vt eueſtigiò quid ſentiam in medium ꝓferã. CAL. Dic, amabo, quis reatũ fecit fomitis noſtri, qui tãtorũ malorũ cauſa eſt, De⁹, an homo? CAM. Hoc quidẽ verũ eſt, Dei ꝓuidẽtiã, reat⁹ cauſam non

fuisse:sed hominē à Satana tētatū,ꝑ quē peccatū in
†Ro.2.Tho. 1.2ª.q.83. 1.4^m. mūdū intrauit†.ab eadē tamē ꝓuidētia Dei,iustè in
pœnā,reat⁹ ipse,iustitię vice subrogatus fuit:quā ob
causam lex mēbrorū à Paulo vocatur,quasi Dei lege
in pœnā sit subrogat⁹. CAL. Natura ergo peccauit?
CAM. Placeat Caluine & in hoc aliquos nostros catholicos
& te simul repręsentare,vt semel loquamur.
†Tho.14.q. 100 1.5. CAL. Perge. CAM. Quāq̃ naturę peccatū sit†,natura
nō peccauit:sed volūtas nostra in volūtate Adami, *Qua ratione natura non peccāte, naturæ peccatum dicatur*
qui totius naturę volūtatē in sua repręsentauit.quo
factū est,vt singula mēbra, inspecta natura, suapte
volūtate peccasse dicātur:tāetsi ꝓpriis personis cōsi
deratis,suapte volūtate nō peccauerint omnes. Hūc
†12.q.80.1. c. & vbique. enim in modū peccatū naturæ dicitur†,vnū scilicet
numero,ratione vni⁹ ꝑsonę:sed in oīb⁹,vnū specie†.
CAL. Ha.ha. CAM. Cur sic cachinnaris? CAL. Quis
†12.q.182. 2.0. nō rideat,cùm hoc sophismate oīa argumēta soluere
conamini. Nullo in loco scriptura,vel saltē sōniāte,
vt natura nō peccāte,vti vos cōtēditis,naturę peccatū
†Ephe.2. dicatur. CAM. Paul⁹ naturę peccatū ipsum appellat†.
CAL. Natura dūtaxat nos filios irę esse fatetur. CAM.
Quē in modū natura filii iræ essemus,si ꝓ oīb⁹ sub
natura cōpræhēsis Adamus nō peccasset? CAL. Ergo
natura peccauit. CAM. Minimè, sed Adami peccatū
naturæ peccatū appellatur. CAL. Sophismata. CAM.
Paulus sophista? CAL. Paulum affer, & tacebo. CAM.
†Ro.3.et 5. Nónne Paul⁹ dixit in vno Adamo peccasse omnes†? *In vno Adamo peccauimus omnes.*
CAL. Ita est. CAM. Et hoc quare? nisi vt cū tota sua stir
pe, quæ in illo adhuc posita,tota cū illo peccauerat

damnaretur†: quod naturæ peccatum est. Nónne idem Paulus alibi dixit, Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri? † CAL. Et hoc quoque verum. CAM. Quid igitur peccasse omnes, non peccasse omnes? nisi quòd inspecta natura repræsentata (non autem peccante) in Adamo peccauerint omnes: singulis verò personis consideratis, nequaquam. CAL. Litera græca ita sonat, quòd regnauerit mors, hoc est cum maiori vigore regnauerit vsque ad legem Moysis, quæ à peccato aliquantulum abstinere illud ostendendo docuit, & pœnas præbuit, donec Christi lex plenissimè succurreret. deinde verò addidit: [In eos qui peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ.] quod cùm ita sit, quia affirmatiuè loquitur, contemplatio tua satis vana redditur. CAM. Sæpe dixi tibi, diuersas editiones multa commoda nobis præstitisse. Etenim siue adsit negatiua, non, siue absit, minimè ex hoc inter se contrariæ erunt, quin potiùs vterque sensus in vtraque editione ex æquo verus erit. CAL. Hoc videre opto, vt affirmatiuè & negatiuè legendo idem sensus sit. CAM. Negatiuè in primis legendum esse, satis ex Pauli mente patet. Dixerat nanque Paulus, mortem in omnes homines pertransiuisse, in quo omnes peccauerunt. CAL. Ita est. CAM. Nónne hominum appellatione, ipsi quoque infantes compræhenduntur? CAL. vtique.

† De corr. et gra. c. 10 in fin.

† Rom. 5.

Capitis. 5. ad rem elucidatio.

CAM. Hi autem non poſſunt peccare in ſimilitudinem præuaricationis Adæ: ſed vnà duntaxat cum cæteris qui repręſentatiuè, vt ita loquar, cum Adamo peccarunt. CAL. Rectè. CAM. Neceſſariò igitur verba illa ſubiunxit, Etiam in eos qui non peccauerunt. CAL. Non deſunt qui dicant, non peccaſſe omnes actuali peccato: proindéque nullo modo peccaſſe. quod ſi verum eſſet, tua contemplatio ſatis inanis redderetur. CAM. Delirant. CAL. Quid cauſæ? CAM. Nam ſi de ipſa natura repræſentata Paulus non ageret, ſed de actuali vniuſcuiuſque peccato, affirmatiuè legi ea de re non poſſet, quia de illis litera loquitur (quòd mors eos compręhenderit) qui peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ: quo fieret vt qui aliter peccaſſent, quàm ille peccauit (vtpote idololatria, aut alio modo) nequaquam ſub morte compræhendi poſſet: quod aſſerere ridiculum eſſet. hinc enim prouenit, vt neceſſariò negatiuè legatur. Rurſum, quia ſi affirmatiuè legeretur, coniunctio, etiam, in illis qui peccauerunt, nihil noui adderet, & tamen natura coniunctionis huius eſt, vt caſum magis dubitabilem determinet. CAL. Hoc eſt potiùs argumenta contra Paulum adferre, quàm Pauli verba explicare, qui in fonte græco affirmatiuè loquitur: hoc expecto, vt videam græcam editionem, quæ affirmatiuè loquitur, eundem ſenſum cũ vulgata habere, in qua negatiuè hoc enunciat. CAM. Incipiamus græcam editionem abſque

veri pręiudicio, vt eſt, interpretari. CAL. Perge. CAM. Dic amabo, quid redũdat in editione vulgata. CAL. Negatiua illa, non. CAM. Stabit igitur coniunctio, etiam, ſummota negatiua. CAL. Omnino. CAM. Affirmatiuè itaque legendo dicemus, mortem regnaſſe etiam in illos qui peccauerunt. CAL. Probè. CAM. Cur vox, etiam, poſita eſt? quid affirmatiuè legendo implicat? Ecce nunc vides, quomodo ſi affirmatiuè legatur, eundem ſenſum retineat. CAL. Quem in modum? CAM. Si coniunctio, etiam, manere in contextu debet, regnaſſe in eos quoque, qui nõ peccauerũt præſupponeret: & idẽ ſenſus: ſub incongrua tamen phraſi eſſet. quod ſi ita eſt, cur vulgata præferenda non erit, quæ perfectum ſenſum generat in animo auditoris? Adauget animũ, vt negatiuè legatur, quia nil verba illa prodeſſent [qui eſt forma futuri] niſi ſimilitudo aptaretur, vt ſicut in vno Adamo peccarunt omnes, qui tũc non erant, multò magis in vno Chriſto iuſtificemur omnes, qui præſentes non fuimus, nec paſſi cum Chriſto: ita vt ſimilitudo ſit, vt ſicut peccatum Adami, in quo virtute eramus, noſtrum eſt: itidem & iuſtitia Chriſti noſtra ſit, qui pro nobis factus eſt peccatum, hoc eſt hoſtia peccatorum expiatrix. Sic ſcripturæ verba ad profundum vſque penetranda ſunt, Caluine, vt deinde manu tangas, peccaſſe omnes, & nõ peccaſſe omnes, ambo vera eſſe. quemadmodum Auguſtinus tenet, inquiẽs, Omnes enim peccauerũt, ſiue in Adam, ſiue in ſemetipſis†: ita vt

† *De nat. et gra. c. 4.*

nō peccauerint omnes in ſemetipſis, pſonis cōſideratis: quę actu tūc peccaſſent: ſed peccauerint omnes conſiderata ſpecie naturæ in Adamo repræſentata. CAL. Neque hāc naturæ repræſentationem ad ſummum capere poſſum, neque modum inuenire, quo natura nō peccāte, naturæ peccatum dicatur. CAM. Incipe ſenſim mecū contemplari, vt iſthæc deinde manu tangere poſſis. CAL. Perge. CAM. Dic quæſo, an Deus potuerit ex terra Euā producere, quam ex coſta Adami fecit? CAL. Maximé. CAM. Nū idcirco ſic factū eſt, vt viro dignior Eua eſſet? CAL. Sanè nō: Paulus enim dicit, Vir caput mulieris eſt†. CAM. Nū idcirco, vt tota natura ab vno Adamo procederet, à quo tū iuſtitia (ſi in iuſtitia permāſiſſet) ſucceſsione ad nos pueniret: tū iniuſtitia in qua permāſit, cū omnibus pœnis mortis, & miſeriis, quaſi trāſmiſsione ad hęredes in ſingulos qui ab eo deſcēdrent, deriuarent†? CAL. Hoc tu iamdudū oſtēdiſti. CAM. Dic & aliud, nū aliquis noſtrûm tunc fuerit, qui in lūbis Adami non māſerit? CAL. Eua iam facta erat. CAM. Ex coſta tamē Adami, cui, antequàm Eua facta eſſet, ne de arbore ſibi oſtēſa fructus comederet præceptum fuerat: & hoc ideo, vt peccādo deinde omnibus, quos in lumbis detinebat, nocere vel prodeſſe quiret. CAL. Rectè. CAM. Hęc cū ita ſe habeāt, ſicut integra natura propagāda ſub ſtatu iuſtitiæ in vno Adamo ante peccatū tenebatur, ex diuerſo cum ad iniuſtitiā cōuerſus fuit, itidē & totā naturā infecit: quē in modū naturę peccatū dicitur, tametſi natura

Ad rem redit author vt Adamū integrā naturam virtute in ſe repræſentaſſe oſtendat: itaque naturæ peccatū dici.

† 1. *Cor.* 11.

† §. *præcedē*ti.

ipſa non peccauerit. Cùm enim Eua cum ſerpente ratiocinaretur, ſibi eadẽ verba dicta fuiſſe recenſet, quæ ſoli Adamo dicta fuerant, inquiens, Dominus præcepit nobis: vt his verbis oſtenderet, ea omnia quę Adamo totam naturã repræſentãti dicta erant, ſingulis membris, quæ ab Adamo originem ſumpſerunt, ex æquo dicta eſſe. CAL. Putas te rem magnam in medium attuliſſe, quam Auguſtinus ante te ſatis apertè oſtendit†. CAM. Præſupponit Aug. literam pluraliter loqui, Non manducabitis. qua die ederitis, morte moriemini. quæ ſi aliter ſecundum editionem vulgatam ſingulariter legantur, hoc non probarent. CAL. Quid ſi pluraliter? CAM. Quoniam Eua facta non erat, & ſolus Adam aderat: pluraliter idcirco literam loqui reſponderem, vt omnes in eius lumbis contineri, ipſi Adamo oſtenderet. Hinc ſanè prouenit, vt Adamo deinde peccante, ſingula quoque mẽbra ſub natura compræhenſa, quæ ab Adamo proceſſerunt, in voluntate Adami in quo repræſentabãtur (Domino hũc in modum cum eis loquente, ſicut Eua teſtatur) voluntarii in Adamo peccauerint omnes. Comederat certè Eua pomum, antequàm Adamus pomum comederet: & tamen Apoſtolus minimè hoc conſiderauit, principiò Euam peccaſſe, & ab illa nos omnes deſcendiſſe: ſed per vnum Adamum, ex quo & Eua facta eſt, non autem per vnam Euam, peccatum in mundum intraſſe eam ob cauſam teſtatur: † quia & Eua & reliqui omnes ex lumbis

† *Aug. de Gen. ad lit. lib. 8. c. 7.*

† *Rom. 5.*

Adami processit: à quo omnia tam mala quàm bona in cæteros deriuari necesse erat, siue ipse in iustitia permansisset, siue ad iniustitiam conuersus fuisset. CAL. Nónne Eua peccauit? CAM. Vtique: sed eius peccatū cæteris nocere non potuisset. Hoc enim, vt originale peccatum committamus omnes, soli Adamo conuenire potuit, à quo & Eua & omnes originem traximus. Adhæc denique, vnico argumento vtar: quo audito veram hanc Theologorum distinctionem negare deinceps non poteris. CAL. Quo? CAM. Paulíne verba illa esse ais, cùm inquit, in Adamo peccasse omnes?† CAL. Aio. CAM. Natura nos esse filios iræ?† CAL. Aio. CAM. Per vnum hominem peccatum in mundum venisse, & per peccatum mortem?† CAL. Aio. CAM. Originalem iustitiam vnumquemque perdidisse? CAL. Aio. CAM. Mortem & miserias in nos esse transmissas?† CAL. Aio. CAM. Deum præterea iustum esse?† CAL. Aio. CAM. Qui non nouit quēquam iniustè condemnare?†. CAL. Aio CAM. Illū itē dixisse, Anima quę peccauerit, ipsa morietur†? CAL. Aio. CAM. Inuolūtarios non peccare†? CAL. Quem in modum volūtariè peccemus, satis suprà expressum est. CAM. Voluntate nostra libera nos peccare perspicuè ostendi. CAL. Dem & hoc? quid tum deinde? CAM. Te confestim rogabo, vt dicas mihi, quodnam mysterium hoc occultum fuerit, vt nos Deus, qui tunc non eramus, tanquam voluntarios peccatores iustè cōdemnauerit, vt culpæ

†*Rom.* 5.
†*Ephe.* 2.
†*Rom.* 5.
†*Rom.* 7.
†*Psal.* 6.
†*Leuit.* 19.
†*Ezech.* 18
†*Aug. de perf. iust. ratiocin.* 15

obligationi ſubiaceremus, mortíque obnoxij & miſeriis eſſemus, Si Deus iuſtus eſt, inuoluntarios peccatores non punit: & anima quæ peccauerit, ipſa morietur? CAL. Hoc ego à te requiro. CAM. Reſpondebo audacter, vt tu vel nouam cauſam euidentiorem inuenias: vel huic quam noſtri Theologi afferunt, acquieſcas: nempe vt in repręſentata natura voluntarij peccauerimus omnes. Vbi enim non niſi vnica ratio reddi poteſt, illa pro expreſſa habetur. Non quidem te iſthæc negaturum puto, qui palàm alibi fateris, initium peccati originalis in vnoquoque noſtrum voluntariũ fuiſſe†. Hactenus de hoc. Nunc eò vnde digreſsi ſumus, reuertamur. CAL. Amicè loquar Camerari, ſatis verſutus es. CAM. In quo? CAL. Dialogum hunc quaſi ego perpetuò loquar, tuo commodo proſpiciens ſub meo nomine ſcripſiſti, atque ea me loqui fingis quæ nec etiam ſomniaui, vt deinde dicas, ecce Caluinũ ſuperaui. CAM. Quoniã tu contendis ipſam naturã peccantẽ prauam eſſe, qua in re libro primo ſuccubuiſti. hinc vt te honore potiùs quàm contumelia afficerem, ſemélque loquerer, tuo ſub nomine hæc ſcripſi, quæ vbi diſpliceant, ſint aliena, & tu illis reſponde, mali teſtimonium perhibens eorum quæ arguenda erunt.

Confeßio Caluini.

† *Inſtit.*

CAPITIS V. §. QVINTVS.

Tranſmißione ad hæredes, reatum in iuſtitiæ deperditæ locum ſic fuiſſe ſubrogatum, vt tranſmißione ad hæredes tanquam pœna perueniret.

CALVINVS. CAMERARIVS.

DEMVS naturam non pecasse, sed naturæ peccatum esse: quid tum? CAM. Hoc iacto fundamento, vt singuli in repræsentata natura peccauerimus, vltrà progrediendum est, atque intelligendum, ipsum reatum, loco iustitiæ, non vt successione ad nos veniret, sed quasi transmissione ad hæredes, fuisse subrogatum. CALV. Quid isthuc est? CAME. Nempe vt intelligas quomodo morbus ipse, per quem lex mentis à lege membrorum captiuatur, in nos quasi transmissione ad hæredes ex persona in personam non imitatione sed propagatione propagetur† CAL. Quid transmittitur, si nihil adest? CAM. Quamuis fomes supra principia naturalia nihil suppositiuè supponat in homine, sed in deordinatione virium animæ ex peccato originali facta consistat†: quia tamen reatus loco originalis iustitię subrogatus, has propensiones causat, quę in carne manēt, hinc prouenit vt quasi ad hæredes morbus ipse in nos trāsmittatur. CAL. Hinc quid velis minus intelligo. CAM. Cùm carnē talē suscipiamus in carne, qualis in Eua & Adamo generationis filiorū suorū tēpore fuit: (in carne dico, tanquā in carnalis seminis virtute, sicut in causa instrumētali: in anima verò tanquā in ꝓprio subiecto)† cōsequens est, vt per successiuas personas, quasi trāsmissione ad hæredes, ex carne in carnem

Reatū trāsmißione ad hæredes habemus.

Fomes nil suppositiuè supponens, quid agat.

Ab Adamo & patre reatum habemus.

Quid ī carne, quid verò ī anima, & quo ordine reatus ipse agat.

† *Aug*. de ciui. Dei li. 13. c. 3. *Tho*. sent. 2. dist. 31. q. 1. 1. o. Ro. 5. lect. 3.

† 2. senten. di. 32. q. 4. 2. 1. c.

† 12. q. 82. 1. o.

† 12. q. 83. 1. o. de Ma. q. 4. 1. c. 2m. 3. c.

morbus ipſe tranſmittatur. CAL. Ab Eua igitur nos reatū trahere inquis? CAM. Quoad culpā à patre eſt: quoad pœnalitatem, vt noſtri loquuntur, quæ trāſ mittitur, à matre. ſic enim culpa quę in Adamo fuit, & pœna, tranſmiſsione in nos venit†. CAL. Cur id duntaxat, quod in carne manet, proponis, dimiſſo eo, quod in anima tanquam in proprio ſubiecto manet? CAM. Quoniam ordine generationis & temporis, peccatum originale priùs in carne manet, ſicut in cauſa: in anima verò, ſicut in ſubiecto†. hinc fit cùm anima infunditur, vt omnes animæ potentiæ mox corrumpantur: caro verò generetur infecta†. ita ſanè, vt præcipuè in membris genitalibus, tanquam in cauſa inſtrumentali ſit: quo verò ad rationem culpæ, in anima: cuius effectus in operationibus animalibus conſummatur†. CAL. Nónne delirium hoc eſt, vt reatus ipſe, qui animā quoque complectitur, animam meam inficiat, quę omnino alia, q̃ illa patris eſt? CAM. Id maximè veritatē hanc cōmonſtrat. Siquidē, caro quæ priùs inficitur, animam in eius aduentu (vt pręmiſſum eſt) protinus morboſam facit†. CAL. Priùs eſſe in anima Speculatiui tenēt. CAM. Ordine ſcilicet naturę: ſed ordine generationis & temporis, è conuerſo ſicut in cauſa†. CAL. Impoſsibile quidem eſt, vt ipſa anima ante rationis vſum à carne corrumpatur. CAM. Sic enim Deus qui haudquaquam reatum nobis dedit†, ſuo iuſto iudicio & lege, ſuáque prouidentia ipſum reatum in iuſtitiam ordinauit: vt

† Tho. Ma. q. 4. & in 3. parte. q. 70. 2. 4m.

† 12. q. 83. 2. 3m.

† vt ſupra.

† Sen. 4. diſtin. 3. ar. 4. q. p a. 3m.

† 12. q. 83.

† 12. q. 83. 2. 3m. ma. q. 4. 5. 1m.

† 12. q. 83. 1. 4m.

ad pœnam nos omnes, qui cum ipso Adamo peccauimus, etiam quoad proprias animas obligaret. sub quo Dei iudicio non solùm mors prima, mórsque secunda continentur: verùm etiam & miseriȩ. vnde propensiones illȩ legum carnis, membrorum, seu habitualis concupiscentia, concupiscibilitas, fomes peccati, tyrannus, languor, aut serpens noster occultus, prouenerunt, dic vt lubet: modò rem vnam ex his synonymis cōcipias†, vt inde subiungas propterea legis nomen habere, quia suo iusto iudicio & lege, iustitiȩ vice Deus illas subrogauit†. CAL. Quis dicat puerum in vtero, rationis vsu carentem, propria voluntate peccare? CAM. Quis dicat eum, qui nullo modo erat, Adamo peccante peccasse? Quis item dicet, vt qui repræsentatur, eo modo non repræsentetur, quo ipse repræsentās est, si hi qui in lumbis Abrahami erant, decimas dederunt?† nónne admirabiliora ista sunt? CAL. Si hæc condonarem, quid ex his tu deduceres? CAM. Idcirco hæc omnia enarranda priùs esse duxi, vt legum omnium ordine, atque iustitiæ successione, reatúsque transmissione præcognitis, tum ipsius concupiscentiæ naturam, tum verba textus istius dum multarum legum Paulus memor est, funditus concipere posses, ac videre partē illius iustitiæ originalis adhuc superesse, quæ ante peccatum legi membrorum dominabatur: & Adamo non peccante, in vnoquoque nostrum dominatura erat. quæ tamen post peccatum è contrario

†Tho. 3. q. 23. & 20. dist. 3.
†Io. 3. 2m.
†Hebr. 7.

Reatus quare lex dicatur.

Quomodo omnes, qui tunc non erāt, in vno Adamo volūtariè peccasse dicantur.

Causa quare hæc, quæ de peccato originali disseruim⁹ scripta sūt

captiuatur, donec infecta caro nostra, gratia per Iesum Christum facta sanetur, sanatáque, anima in maiori iustitia restituatur, quàm per Christum nouum Adamũ consequimur. Hoc planè Pauli institutum est, quod si negligamus, corticem verborũ, non autem eius sensum intelligemus, quo liberum arbitrium peccato Adami debilitatum, ac gratia sanatum perspicuè ostendit. CAL. Non quidem adeò hebes sum, quin videam ingeniosè Thomam hanc transmissionem fomitis explicasse. Sed quia solus loquitur, philosophari eum potiùs, quàm scripturam explanare dicemus. CAME. Tam ipsa successio iustitiæ, quàm transmissio fomitis perspicuè enucleata fuerunt. Tu verò si lucidiora habes, quæ sacræ scripturæ testimoniis probentur, illa in medium prome. CAL. Poteras quidẽ à Iurisconsultis exemplum criminis læsæ maiestatis capere, per quod non solùm bonis pater liberos priuat: verumetiam filiorum sanguinem inficit. CAM. Incongruum exemplum illud esset. siquidem ibi solus pater, hîc verò singuli liberi peccarunt. Ibi prçterea sanguis legis fictione inficitur, hîc autem verè morbus transmittitur. Dimissis itaque exemplis ciuitatis peccantis, ídque genus reliquis, quæ lectores proprio iudicio poterunt indagare, ad verba contextus nos conuertamus.

Exemplum criminis læsæ maiestatis, minus commodũ esse.

CAPITIS QVINTI.

§. SEXTVS.

Hoc loco explicatur pars quarta capitis septimi ad Romanos.

CAMERARIVS. CALVINVS.

INVENIO igitur] ex his quæ dicta sunt[legem]Mosaïcam[volenti mihi facere bonum]qui bonum volo. Obserua hoc Caluine, qui tenes peccato Adami extinctum Liberũ arbitrium fuisse: & declara mihi, quod bonũ iste volebat, dum dicit: Volẽti mihi facere bonum? Nónne apertè vides, ad velle, non autẽ ad posse liberum fuisse? quo fit vt aliquis effectus originalis iustitiæ deperditæ iam, adhuc certo modo maneat, dum homo tentatus à concupiscentia, legi Dei hærere vult, membris imperando vt sibi obediant: sed propter debilitatem quam morbus attulit, ordine turbato, ipsa mens à membris captiuatur. CAL. Captiuari intelligo, quia in eo concupiscentia inhabitat. CAM. Non quia concupiscentiam habitualem habet, sed quia malæ concupiscentiæ determinato rationis iudicio consentit, consentiendo captiuatur. Quod nil aliud est, quàm ad optandum volendúmque bonum, aliquid Liberi arbitij diminuti iam, remansisse. ad posse autem nequaquam. Deinde verò sequitur. [cõsentio, seu delector, dic vt vis (quandoquidẽ suprà dixit consentio, nunc autẽ condelector) legi Dei secũdum interiorem hominẽ.] Quis

Liberũ arbitriũ esse diminutũ, non perditum.

Originalis iustitiæ pars quæ adhuc in nobis manet.

Liberũ arbitrium diminutũ ad velle, nõ autẽ ad posse.

iſte interior homo? num anima à carne tentata? CAL. Plurimi cùm malè intelligerent, ad hunc ſcopulum impegerunt. Interior igitur homo, non anima ſimpliciter dicitur, ſed ſpiritualis eius pars, quę à Deo regenerata eſt: membrorum verò vocabulum, reſiduam partẽ ſignificat. CAM. Solus Martinus Lutherus ſuam nauim hoc in ſcopulo fregit, cui (ſpeculatiuos Theologos imitantes) vos diſcipuli poſt plurimas eorũ correctiones ſuccurriſtis. Sic enim noſtris Theologis placet, vt cùm Paulus interioris & exterioris hominis meminit†, haudquaquam duos homines ponat: quandoquidem vnus eſt homo ex anima & corpore factus. Verùm vt partes eſſentiales hominis diſtinguat, exteriorem hominem ipſam carnem vocat, humanámque effigiem, qua homines eſſe cognoſcimur: interiorem verò, ipſam animã: in qua eſt Trinitatis imago. minimè cum Martino animam à carne diſtinguens: ſed potiùs, vt mentis appellatione, ſuprema animæ pars rationis intelligatur: carnis verò partes, non ſolùm ipſa caro, verùm & partes reliquæ animæ & corporis. ita vt pars inferior, plerunque voluntas intellectiua dicatur, quæ ab appetitu ſenſuum mota, ſuperiorem partem ad malum aliquando retrahit: pars autem ſuperior, intellectus perſæpe volitiuus ſit: qui voluntati & ſenſibus frænum, vt bono hæreant, aliquando imponit. CAL. Placet Auguſtino, vt de ſolo iuſto Paulus in præmiſsis verbis loquatur: quandoquidẽ ille cõdelectatur, qui eã

Contrarietates Proteſtantium cum Martino.

Homo interior & exterior.

†2. *Cor.* 4.

† *Aug. de spiri. et lit. c.14. in fi.* fidem habet, quæ per dilectionẽ operatur†. CAM. Non abs re Augustinus maximè dolebat, cogitans fore vt ea ipsum dixisse aliqui malè intelligendo putarent, quę non dixit†. Paulò enim antè nosti, nõ incõuenire, sub istis verbis Paulinis, iustos quoque in multis comprehendi posse: quod Augustinus dixit in loco illo à te citato. Nõ autem dixit de iniusto minimè intelligi. Hoc enim ne in mentem quidem Augustino venit. CAL. Vnusquisque suo sensu abundet. CAM. Non tamen Augustini sensus tuus erit, qui propterea euestigiò ibi legis mentis meminit & membrorum, vt alteram interiori homini assignaret, alteram verò legi membrorum, siquidem nil homo boni cogitare absque spiritu vel inhabitante, vel mouente saltem, potest†: quocirca mentem ab eodem spiritu motam, interiorem hominem vocat. Ad rem redeamus. CAL. Perge.

†*Aug. de Trinit. lib. 1. c. 3.*

†*2. Cor. 3.*

CAM. [Video autem aliam legem in membris meis] fomitem nimirum, qui ratione à me paulò antè dicta lex dicitur, [repugnantem legi mentis meæ.] Quæ lex ista mentis Caluine? nónne illa inclinatio hominis ad obediendum Deo, de qua iamdudum egi? quando in statu naturæ corruptæ homo à carne tentatus, legi Mosaicę positiuè obedire optat? ab illo motus qui dixit, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra†. & qui cùm posit duritiam auferre hominibus, dixit: Dabo vobis cor carneum, gratiam noui testamenti pręsignans†. CAL. Quid istud repugnare est? CAM.

†*Psal. 94.*

†*De gra. et li. ar. c. 14.*

Supremæ mentis parti, fomes, qui in appetitu ſenſitiuo originaliter eſt, diffuſus in omnibus membris manens†, repugnat, ne legi Dei conformis homo reddatur. CAL. Sic certè ſerpens protoplaſtis reſiſtebat. CAM. Et idcirco ſerpentis vice ipſa concupiſcentia ſubrogata eſt, vt non modò repugnet, verùm etiam plerunque captiuet: vt ſequitur. [Et captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis] ita vt aliud ſit repugnare, quod habitualis concupiſcentia facit: aliud captiuare: nempe cùm actu, malè concupiſcendo, peccat. Duo enim ſunt, quorum vnum in Paulo videmus: quippe qui colaphizatus fuerit: alterum verò, quòd peccauerit, nemo poſt conuerſionem vidit vnquam. Vocem igitur hanc, captiuantem, poſt vocem, repugnantem, ponderemus, vt duo ſint: aliud nimirum dum repugnat, quod eſt ab habituali concupiſcentia tentari: aliud cùm captiuat, dum actu rem malam concupiſcit. CAL. Placet veſtris Catholicis Paulum eſſe captiuatum, ſed non peccaſſe: quia cùm paulò pòſt dicit, ſe gratia Dei eſſe liberatum, apertiſſimè oſtendit ab hoc ſe liberum eſſe, vt non captiuetur. CAM. Quanquam Paulus, ſicut hiſtorię litera recenſet, poſt lauacrum non peccauerit, vt interior homo captiuatus ſub lege peccati fuerit, ſed duntaxat in carne perfectus non fuit: non propterea ſequitur, quin impius verè captiuetur. de quo Paulus, & nõ de ſe principaliter agit. CAL. Hoc ſaltem obſeruare licebit, vt cùm

Concupiſcẽtia, ſerpentis vice ſubrogata.

Paul⁹ poſt cõuerſionẽ non peccauit.

† pa. 2. q. 82. 3. o.

dixit, Captiuantem me ſub lege peccati: peccatum concupiſcentiæ habitualis nobiſcum permanere intelligamus. CAM. Auguſtinum audi dicentem: Nulla ergo condemnatio eſt nunc his, qui ſunt in Chriſto Ieſu. Non ſint ſoliciti, quòd videatur adhuc eſſe lex in membris repugnans legi mentis. nulla enim condemnatio eſt. Sed quibus etiam nunc? Quibus? qui ſunt in Chriſto Ieſu†. CAL. In non renatis ergo habitualis concupiſcentia peccatum erit. CAM. Minimè hoc Auguſtinus ſentit: quin potiùs, vt propter ſemen ſpiritus, peccatum expellatur ab his qui Chriſti ſunt, ne actu concupiſcant. O Caluine, quare hos ſenſus habes? nónne præterea quæ ſuprà dicta ſunt, quomodo concupiſcentia tanquam peccatum in nobis maneat, perſpicuè hîc cernis, minimè Paulum impii perſonam induentem, dixiſſe, Captiuantem me in lege peccati quod in me eſt, ſed quæ in me eſt: de ipſa lege ſentiens. quæ proinde lex peccati dicitur, quia iuſto iudicio Dei, peccato Adami in nos talis lex facta eſt†, quemadmodum Iacobi & Pauli authoritate ſuprà probaui. Lex autem antequàm actu malè conupiſcamus, non captiuat†. CAL. Vnum ſcire opto, an ſaltem eo modo ad perſonam Pauli verba hæc extendi poſſint, vt abſque peccato concupiuerit, prout veſtri dicunt. CAM. Vtique. CAL. Sic ergo intelligatur, vt Paulus captiuetur, ſed non illi imputetur. CAM. Fabula hęc ſuprà excluſa fuit†. Hæc enim cùm ita ſe habeant, hoc menti vt retineas obſecro:

† *De verb. Apo. ſer. 6. char. 61. col. 1.*

† *2. Diſti. 32 q. 1. 2. 4m.*

† *Diximus ſup. c. 3.*

† *Sup. c. 3.*

nempe illam iuſtitiam originalem deperditam
Originalẽ iuſtitiã vndequaque deperditã non eſſe. iam, in impio per alium modum adhuc ex parte manere. CAL. Quod portentum audio? CAM. Rem certè ſatis facilem audis, ſi intelligas non modò hominem impium in hoc contextu dicere, Condelector legi Dei, ſed aliud addere, nimirum, conſentio legi Dei, quoniã bona eſt. quòd ſi cõſentit, hæc pars legis mentis eſt, quæ in ſtatu naturę integræ erat, vt mens Deo hęreat, ipſi verò menti partes inferiores. CAL. Quomodo igitur deperdita? CAM. Primo modo deperdita eſt, vt homo à carne tentatus, propria vi, non peccare poſſet, peccat plané. Secũdo autem modo deperdita non eſt, vt tentatus hac tentatione carere optet, & debili cum libero arbitrio velit: etſi non poſsit: hoc enim adhuc durat, iuxta illud prophetæ: Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore† . per voces illas, omni tempore, oſtendens corruptæ naturæ quoque tempore, hoc modo hominem iuſtitiam concupiſcere. Verùm quia infirmatum eſt Liberum arbitrium, & partes inferiores rebelles factæ ſunt ſuperiori parti: hinc homo ſub ſtatu irę permanens, atque ſub lege iuſtitię viuere optans, quaſi querulus hunc ſtatum deplorans, eo modo quo Dauid in ſtatu iræ dixit, Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendum iuſtificationes tuas†, ſubiungit: Infœlix igitur ego homo, donec iuſtitia gratuita in lauacro adueniat, quę potentior ipſa iuſtitia originali eſt†.

Iuſtitia gratuita potẽtior originali iuſtitia eſt.

† *Pſal.* 118.

† *Pſal.* 118.

† *Thom.* 2. *diſtin.* 32. *q.* 1.2.2^m.

CAPITIS QVINTI.
§. QVARTVS.

An Paulus pro se dicat, Infœlix ego homo.

CAMERARIVS. CALVINVS.

INFOELIX ego homo] hoc pronomine ego, vtens: quo suprà vsus fuerat cùm dixit. Ego autem viuebam sub lege aliquando, ego autem mortuus sum: cui nunc eam ob causam addit homo, nec dicit ego Paulus, vt hominem in abstracto se induisse ostendat †: qui non tantum desideret vt pro indulgentia sit de præteritis impunitus, sed etiam vt sit de cætero ad non peccandum fortis & validus†: quod Paulo credenti in baptismo se à culpa esse liberatum, & pro futuro Dei gratiam sibi sufficere, haudquaquam conuenit dicere. CAL. [Miser] græca litera habet: à qua miseria iustus non liberatur. CAM. Sit eius caro miserrima propter angelum qui ad colaphizandum ei datus est †: Num totus Paulus propterea miser? quem mors non poterat diuellere à charitate Christi†. CAL. Hęc ratio magis vrget vt ipse loquatur, qui propterea expoliari optabat, quia plenus charitate erat. CAM. Spoliari, ha?cur expoliari, quia fortasse desperabat in hoc conflictu legum viuere, in quo perficienda erat virtus sua, vt magis in Domino gloriaretur†? CAL. Disputationem exclamatione concludit, qua docet non modò luctandum cum carne nostra, sed

† *Hiero. in epi. ad Demetridem. col. 7. to. I.*
† *De natu. & gr. c. 55.*
† *2. Cor. 12.*
† *Rom. 8.*
† *2. Cor. 12.*

aſsiduo gemitu deplorandam eſſe apud Dominum noſtram infœlicitatem. CAM. Quanquam Paulus perpetuò ſine intermiſſione, pro ſe & aliis oraſſet, non tamen hæc aſsidua oratio lachrymarum plena, de qua litera loquitur, Pauli fuit, qui Deum veracem eſſe nouerat †, à quo reſponſum acceperat, ſufficere ſibi gratiam eius†. Quis enim hoc approbare audebit, vt Paulus orando, ſic dicat: [Infœlix ego homo, quis liberabit me à corpore mortis huius?]Ignorabat fortaſsis vnicum liberatorem ſuum? qui illum non ſolùm ab æterna morte liberauerat, verùm etiam à temporalibus erumnis perſæpe eruerat: in quem etiam ſperabat vt in fututum erueret †? vt quaſi ſaluatorem ignorans, dicat, Quis liberabit me? nónne ille eſt, qui perſæpe in actis, liberatorem, libertatem, & modum liberandi prædicauit† ? Erubeſcite ſaltem, Auguſtinianos vos nominare, cui placuit tantam in Paulo adfuiſſe iuſtitiam, quanta in angelis eſt†. CAL. Non quaſi dubitans quærit à quo ſit liberandus, ſed vox eſt anhelantis, ac propè fatiſcentis. CAM. Quid anhelat? vt moriatur? CAL. Corpus mortis, maſſam peccati vocat, cuius vinculis detinebatur captiuus. CAM. O Caluine, cur Auguſtinum non audis, cùm inquit, Aliud eſt enim exire de hoc corpore, quod omnes homines dies vitæ huius vltimus cogit: aliud liberari de corpore mortis huius, quod ſola Dei gratia per Ieſum Chriſtum Dominum

† *Rom.* 3.
† 2.*Cor.* 12.
† 2.*Cor.* 1.
† *Act.c.*9. 13.16.17.20 24.27.
† *De Verb. Apo. ſerm.* 5.*to.* 10.*pa.* 59.*col.*4.

† *De perf. iusti. ratio. 18.* nostrum sanctis & fidelibus eius impertit †: ita vt gratiam potiùs aduenire, quàm mori optauerit. sic enim altera Augustini sententia in cap. 14. de Spiritu & litera intelligenda est. Non enim tantùm desiderat, vt per indulgentiam sit de præteritis impunitus: sed etiam vt sit in futurum ad non peccandum fortis & validus. Num ille sic loquitur, qui nil sibi conscium se esse dixerat †, † *1. Cor. 4.* atque exordio capitis septimi, & principio octaui liberum se esse ait? Quis dolor adest, vt ille expoliari optet? Nónne ille est, qui superindui credebat†? mori, & esse cum Christo†? Quis illo magis † *2. Cor. 5.* † *Philip. 1.* strenuus miles, qui principio militiæ suæ Christianæ, paratum se esse palàm professus fuit, non solùm pro Christo ligari, verumetiam mori. CAL. Ne caderet, dubitabat †. † *Cal. in epi ad Rom.* CAM. Memorem mendacem esse oportere, antiquum adagium docet. CAL. In quo mendax? CAM. Tu enim alibi dicis, verba illa, Ne dum aliis prædicauero, ipse reprobus fiam: minimè pro se Paulum dixisse, eò quòd à gratia excidere nequibat †. *Confeßio Caluini sibi ipsi contraria.* † *Diximus lib. 1. c. 9.* nunc autem veritatem fateris. Sed tunc rursum rogabo, an timor iste effecerit vt quasi desperans, mori optet? CAL. Vbi id quod paulò antè dixi, non placeat, rursum dico, sic mortem iustum appetere, vt affectio modum non excedat: sed mortem sic optet, vt impuritatis suæ, non autem immodico præsentis vitæ tædio, quod in indignationem aduersum Deum transeat, id fiat†. † *Rom. 7.* CAM. Quæ

impuritas? num vt caro mala esset? sanè non Augustino dicente, Non enim & ille substantiam carnis accusat, cùm dicit liberari se cupere de corpore mortis huius: cùm esse corporis, sicut animæ natura, Deo bono authori tribuendum sit: sed vtique de vitiis corporis dicit†, perbelle ostendens minimè mortem optasse, sed potius vt vitiis careret: quod viuens obtinere poterat gratia Dei per Iesum Christum. CAL. Si darem de morte naturali non sensisse: nónne satis est Paulum hoc modo vitiis carere optasse? CAM. Aliud quidem orare, quàm desperare est. Vnde somnium istud? vt Paulus qui squamas ab oculis suis decidere vidit, & spiritu sancto repletus erat†, gratiámque Dei habere in tantis gloriabatur†? dicens, Omnia possum in eo qui confortat me†: infœlicem nunc se esse autumet? sed quid deterius, vt exclamatione tædio affectus, quasi mente vagus minimè intra se dicat, quis liberabit me: sed Romanis hoc scribat? quæ prudentia? quis scribendi ordo? Ille quidem est, qui sicut paulò antè dixi, dum Corinthiis hanc Christianam pugnam recenseret, se liberatorem nosse scripsit, quem ter rogauerat, vt concupiscentiæ, tentationes, & Satanæ qui illas adaugebat, auferrentur ab eo†? CAL. Et idcirco subnectit. [Gratias ago Deo meo per Iesum Christum] quia ei resistendi potestatem dederat. sic enim græca editio habet. CAM. Editio autem vulgata. [Gratia Dei per Iesum Christum dominũ nostrum] cui vel hac ratione stare debes,

† *De natu. & gr. c. 55.*

† *Acto. 10.*

† *2. Cor. 12.*

† *Philip. 4*

† *2. Cor. 12.*

Gratia Dei per Iesum Christum.

quia Græci authores non negant quoſdam codices Græcos, Gratia Dei habere, quoſdã verò, Deo. In quo optimus iudex Spiritusſanctus eſt, à quo vulgatam editionem accepimus. Cui alteram rationem addere poteris, ſcribendi nimirum congruitatem, vt tam ardenti interrogationi, minimè idem Paulus eodem contextu pro ſe ipſo reſpondeat, Gratias ago Deo per Ieſum Chriſtum. Quid iſtud, vt Paulus tanto cum clamore liberationem inquirat, quam confeſtim inuenit? num ille non erat qui alibi dixit, Liberauit me Dominus ab omni opere malo, & ſaluum fecit in regnum ſuum cœleſte? † aut tempus non fuit, quando in perſecutione Aſiæ, ob carnis preſſuras, tædebat illum vitæ, & tamen tacitus omnia ſuſtinuit: nec querulus mori optauit vel orauit.† Præmaturéne mori optauit ille, cui dies mortis reuelatus fuit?† Parcant mihi & hi quoque, qui columnæ eſſe videntur, dum de naturali morte literam loqui ſentiunt: non autem vt propenſiones illæ carnis per aduentum gratiæ moriantur. quandoquidem eo modo mortem, ipſas leges hoc in loco vocat, quo legem Moſaïcam, legem mentis eſſe ſuprà dixerat: non autem quòd ſecundum naturam mori optauerit. perſpicuè commõſtrans, quomodo ſola gratia Dei, ab omnibus harum legum erumnis liberamur. Verùm Pauli obiectum quod principio epiſtolæ enarrandum ſuſcepit, nempe vt gratis gratia Dei, à peccato originali, à ſeruitute peccati actualis, à

†2.Timo.4
†2.Cor.8.
†2.Timo.4

fomite (non vt in via non ſit, ſed vt peccatum mortale minimè dicatur) ſaluati ſimus: vnde plena liberatio denique prouenit, vt omnes carnis leges & mortis ſuperare queamus. Origenem Græcum, tu, qui græciſſas, & Auguſtinum, qui ei ſubſcribit, in hoc ſequere Caluine, qui Paulum loqui non negat, ſed humani generis ore functum eſſe, dum inquit [Infœlix ego homo] in abſtracto humanum genus repreſentans. mox enim addidit [Quis liberabit me à morte corporis huius?] & non dixit vt corpus moriatur, ſed à morte corporis: hoc eſt ab eo quod corpus ad mortem ducebat, eò quòd Liberum arbitrium potentem ad peccandum abſque gratia habemus, vnde mors: ad iuſtè autem viuendum, nequaquam. † Neque aliam ob cauſam verba hæc protulit, niſi vt is qui paulò antè dixit, Quod nolo, id ago, non quod volo: reſponſum à Paulo nunc accipiat, gratia aſſiſtente, & perficere quoque nos habere. ita vt Paulus Apoſtolica authoritate impio modum liberationis quærenti, reſpondeat [Gratia Dei per Ieſum Chriſtum] non ſola arbitrij libertate †. Vel ſi ſic velis, dicat, [Gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum, qui me liberauit] per ea quæ in ipſo facta ſunt, exemplũ prębẽs, quomodo ſola gratia Dei per Ieſũ Chriſtum facta, ab omnibus his ærumnis impius quoque, pro quo loquebatur, liberari poſſit. Sic literã interpretari neceſſe eſt Caluine: vtram partem mauis, nunc elige, an Paulus pro ſe loquatur, &

† Diximus ſup. li. 1. c. 3

† Aug. de nat. et gra. c. 62.

ſibi ipſi reſpondeat, Gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum, qui me liberauit: vel quòd vice generis humani locutus antea fuerit, & Apoſtolica authoritate reſpóderit, Gratia Dei per Ieſum Chriſtum: & vtroque modo Paulum Liberũ arbitrium ſtatuiſſe dices. Quãdo, ſi primam partem eligis, ſatis apertam Pauli ſententiam habemus, Gratiam Chriſti Paulum liberaſſe, vt deinde quod ad iuſtitiam volebat, ageret. Idcirco ſic dictum, vt experimento eorum quæ ſibi contigerunt, nos doceat, vt gratia aſſiſtente homo, qui priùs quod volebat iuſtum, non agebat, magna cum libertate gratia comite agat. quod eſt Liberum arbitriũ ad viuendum in iuſtitia, meritoriéque operandum ſtabilire. Si verò ſecundã eliges, debiles vires hominis poſt Adami peccatum Paulus cõmonſtrauit, quas Gratia Dei per Ieſum Chriſtum facta, vigorem accipere ſubiunxit, & multò fortiùs Liberum arbitrium confirmauit. Dic denique, Caluine, an Adamo verba hæc dicere, in iuſtitiæ originalis ſtatu, licuiſſet? CAL. Minimé. CAM. Neque ergo & Paulo in ſtatu iuſtitię gratuitè viuenti, quę maior originali eſt†. ſiquidem gratia noui Adami aſſiſtente, non ſolùm cum Adamo velle & nolle, obtinemus: verùm etiam vt velimus, quemadmodum libro ſecundo dictum fuit.

†*Tho. li. 2. diſt. 32. q. 1. 2. 2m.*

CAPITIS QVINTI.

§. OCTAVVS.

Pars Sexta.

CAMERARIVS. CALVINVS.

IGITVR ego] Quid istud, igitur? nónne conclusio præmissorum est? CAL. Omnino. CAM. Quorum? CAL. Cuidam ex Catholicis vestris placuit Paulum, qui principio epistolæ dixit, Per vnum hominem in mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors: orationem nunc his verbis concludere. CAM. Verius dicemus, eundem hominem, pro quo Paulus in sua persona locutus hactenus fuerat: audito Pauli responso, qui apostolica authoritate locutus est, cùm vidisset gratiam Dei in eum adhuc non aduenisse, qua renatus fuerit: futuram eius vitam, donec gratia adueniat, his verbis concludat: inquiens [Igitur ego] homo, qui gratiam adeptus non sum: sed sub lege Mosaïca vitā duco. [mēte (interim) seruio legi Dei] dum illi consentio & cōdelector. Impij sanè verba sub lege viuentis, non autē Pauli, qui capite sexto dicere cœperat, se non esse sub lege, sed sub gratia. [carne autem legi peccati] vt suprà declaratum fuit. CAL. Negas tu Paulum posse sub his verbis compræhendi? CAME. Nequaquam. CAL. Quem sensum his accommodabis? CAM. Illum quē idem Augustinus exprimit. CAL. Quid ipse ait? CAM.

Hæc eius verba ſunt, Ergo cùm dixiſſet, Apoſtolus, Mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati: non dando membra committendis iniquitatibus, ſed tantùm concupiſcendo, nec tamen illicitæ cõcupiſcentiæ manus dando. Quamobrem, cùm dixiſſet, Mẽte ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati, ſubiecit: Nulla ergo cõdemnatio eſt nunc his, qui ſunt in Chriſto Ieſu†. O Caluine, qualis error ille Martini fuit, cùm aſſeruit Paulum Hermaphroditi inſtar, tanquam iniuſtum hominem ſeruire ſua carne legi peccati, mente verò tanquam iuſtum legi Dei? Nónne idem Paulus integris hominibus loquens, ſic ait: Gratias autem Deo, quòd fuiſtis ſerui peccati, liberi autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ†. CAL. Animaduerte Camerari, ne non intelligendo, mirum in modum decipiaris. Nã veſtris Catholicis placet, vt tametſi baptizatus in nouam creaturã renaſcatur, hoc tamen quantũ ad ſuperiorem mentis partem eſſe, quæ per diuinã gratiam reparatur, remanente infectione vetuſtatis in inferiori homine: ita vt Paulus ſit, qui dicat, Mente ſeruio legi Dei, carne autem ſeruio legi peccati. CAM. Perpetuò eadem repetita eſſe volo, Pauli carnem ſpiritualem ante diem reſurrectionis minimè fuiſſe, tametſi ſpiritu vitam duceret. Rurſum verba capitis iſtius ſept. ad Rom. in multis Pauli perſonã comprehendere: & ſimul dico Paulum ſemel apoſtolica authoritate eſſe loquutum, cùm dixit [Gratia Dei per Ieſum Chriſtũ Dominũ

† *De verb. Apo. ſerm. 19. col. 4.*

† *Rom. 6.*

noſtrum]. Addo præterea, cùm Paulum verba contextus cōprehendunt, verba plerunque impropriè accipi. CAL. Nónne Paulus captiuatur, dum concupiſcit? CAM. Secundum ſanctorum captiuitatem, Paulũ captiuari poſſe fateor: hoc eſt, vt motu primo primi abſq; nullo veniali peccato, vel primo motu, venialiter peccando, tentetur. de qua captiuitate textus iſte non loquitur, vbi ſtrepitum quendam audimus carnis & mentis conflictantium: ita vt nolit, velit, & tandem ſub lege peccati, quæ eſt in mẽbris, actu concupiſcendo captiuetur. quod in Paulo cõſiderari nõ poteſt. CAL. In Paulo pro mortali peccato ſtare cõtendo, quod tamen nõ imputatur. CAM. In fumũ hæc tua chimæra reſoluta fuit.† † *Sup. in prin. huius libri. c. 3.*

CAPITIS QVINTI.
§. NONVS.

Hoc loco pars prima capitis ſeptimi, & prima capitis octaui ſimul coniunguntur.

CALVINVS. CAMERARIVS.

SVPEREST vt primam partem capitis ſeptimi explanemus quã de induſtria hoc in loco enucleãdam reſeruaſti. CAM. Sic prima pars capitis ſeptimi poſt pauca verba, quæ præcedunt, habet: [Cum enim eſſemus in carne] numero plurali vtens, ſicut in principio contextus capitis octaui fecit, bellè docens in reliquis pro

homine repręſentato in ſingulari locutũ eſſe.[paſſiones peccatorum quæ per legem erant, operabãtur in membris noſtris, vt fructificarent morti] & hoc in præterito, antequam Paulus conuerſus fuiſſet.[Nunc autem ſoluti ſumus à lege mortis in qua detinebamur,ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus,& non in vetuſtate literæ]Quibus verbis duplicem ſtatum in ſeipſo enarrat: primum,nimirum iniuſtitiæ in qua fuerat:& ſecũdum,iuſtitiæ in qua eſt,quę ſatis apertè oſtendunt, in his quæ ſequuntur,hominem vice generis humani loquentem, ſe induere velle.Hactenus prima pars capitis ſeptimi, poſt quam parentheſis facienda eſt , vſque ad caput octauum:quæ omnes alias quinque partes cõplectatur, vt deinde eueſtigiò verba contextus capitis octaui,verbis principij capitis ſeptimi connectãtur, quę ſic habent,[Nil ergo dãnationis nũc eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu]& dicit nũc,illud nunc repetẽs, quod principio ſeptimi capitis præmiſerat: expreſſè declarans,de his qui ſub gratia illo tẽpore erant,in cæteris capitis ſeptimi partibus ſeſe haudquaquã locutum fuiſſe.Non ſufficiunt iſta? expẽde quod ſequitur,[Lex enim ſpiritus liberauit me à lege peccati & mortis]Audi liberauit me:per quę verba, vel Paulus in pręcedẽtibus in ſtatu ſuo ante gratiam ea omnia locutus fuit (quod eſſe non poteſt, ſiquidem Paulus ante legem non fuit)vel pro alio qui ante gratiam & ante legem (prout litera perſpicuè oſtendit)ſub ira viuebat.quod magis verum

eſt. Plura quęris? Sequentia expende. [Nam quod impoſſibile erat legi, in quo] Quid iſtud, In quo? niſi addas, homo ſub lege viuens [infirmabatur per carnem] in tertia perſona loquens, & numero ſingulari: atque illum oſtēdens, qui capite ſeptimo, in illa incidenti quæſtione à parentheſi comprehenſa vt dixi, querulus loquebatur. [Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati: & de peccato damnauit peccatum] Quare? [vt iuſtificatio legis] quā ab Iſraëlitis exigebat, [impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum ambulamus] Itaque à ſpiritu cōcomitati propter gratiæ aſſiſtentiam, legem ſeruare quiremus. Hic germanus ſenſus, nullam in ſe controuerſiam habēs: illa verò veſtra interpretatio innumerabilia habet abſurda. Quis enim eſt recti iudicij, qui conſentiat, vt idem Paulus, qui capite quarto dixerat, Iuſtificati pacem habemus: in ſeptimo dicat, Infœlix ego Paulus? Liberandus præterea in ſeptimo, qui paulò antè, & pòſt in capite octauo liberatum ſe eſſe ait. In ſeptimo in carne ambulat: capite verò octauo, tametſi eius caro ſpiritualis non ſit, in ſpiritu pergit: ita vt in carne viuens, minimè ſecundum carnem militaret†. Nónne ille eſt, qui alio in loco regeneratis dicit: Curam carnis ne feceritis†? In ſeptimo legi peccati ſeruit, in principio verò cap. 6. exordium à ſe quoque ſumens, paulò pòſt circa medium capitis illius, ſubiungit: Peccatum in vobis non dominabitur. non enim ſub lege eſtis,

Paulus per ſe nō loqui tur.

† 2. Cor. 10.

† Rom. 13.

ſed ſub gratia. Is præterea qui loquitur in cap. 7. ſine lege aliquando vixit: Paulus verò nunquam. Peccatum item eſſe concupiſcentiam aliquo tempore ille ignorauit: Paulus verò à Gamaliele edoctus, per ſe, vel alios perpetuò id ſciuit. CAL. Hic locus eſt, vbi ius meum plenius audiendum hac in re reſeruaſti. CAM. Fidem ſeruare promptus ſum. Perge. CAL. Non quidem litera in principio capitis octaui dicit, Nunc autem nil peccati: ſed aliter, Nil damnationis eſt: quod nil aliud eſt, quàm ſi diceret, Peccatum quod adeſt, non imputari. CAM. Quis poſſet Proteſtantium voces audire; ſi ſcholaſtici noſtri hoc conſequens proponerent? Non quidem hoc admitto, nil eſt damnationis, ergo aliquid eſt peccati: cùm ſimul ſtare poſſit, vt quia nil peccati mortalis inſit, propterea nil damnationis adſit. Hactenus capitis iſtius ſeptimi ad Romanos difficultates explanaſſe ſufficiat: in quo interpretando, ſi longiùs ſermonem protraximus, eam ob cauſam factum eſſe lectores intelligant, vt diſcipulis Caluini ſatisfieret: qui contextum hunc nullo modo intelligentes, cùm Gebennæ eſſem, Caluini opinionem Paulum illo in loco ſtabilire acclamabant. Poterunt itaque ea, quę ambo diximus, rectè penſare, vt videant hoc teſtimonio præ cæteris debile hominis Liberum arbitrium, gratia deſiſtente, probari: gratia verò aſſiſtẽte liberrimum. ſiquidem cum gratia per Ieſum Chriſtum facta hominem à miſeriis peccati originalis ac cæteris

Hoc loco argumẽtũ à Proteſtãtibus principiò propoſitum ſoluitur.

liberat, verè ipſum liberum facit: vt deinde gratia comite, meritoriè bonum velle poſſit.

CAPVT SEXTVM.

Hoc in loco, etiam ſecundum falſam Lutheranam doctrinam, minimè concupiſcentiam habitualem homini impedimento eſſe ad ſeruandum legem, docetur.

CAMRARIVS. CALVINVS.

Quartum argumentum contra Proteſtantes, vt legẽ ſeruare etiam ſecundum eorum falſam doctrinam, valeamus: vnde liberum arbitrium reſultat.

QVANQVAM ex præcedentibus ſatis liqueat, habitualem concupiſcentiam non impedire, quin legi ſeruandæ pares ſimus. Vltrò pro idiotarum ſalute pergam, vt illis etiam ſecundum falſam Lutheranorum doctrinam, idipſum commonſtrem. CAL. Aliquáne ad manum habes ſophiſmata, quibus noſtram quoque doctrinam conturbare poſſis? CAM. Dic Caluine, cur ob concupiſcentiam habitualem, legem non ſeruamus? CAL. Quia propter eandem concupiſcentiam, perpetuò in peccato manemus. CAM. Perpetuò non imputatur? CAL. Perpetuó. CAM. Si igitur id quod perpetuò eſt, perpetuò non imputatur: quid eſt quod iuſtum hominem legis tranſgreſſorem faciat? ipſane concupiſcentia, quæ veſtra ſententia non imputatur? Ad hæc rurſus rogabo, nónne vos eſtis, qui dicitis, in die iudicii peccata non imputari? CAL. Vera ais. CAM. Satis ſit ergo, vt eo modo, quo (ſecundum vos) paradiſum intramus, itidem

in via ad paradiſum legem ſeruemus: vt id iuris de via ad ſalutem ſit, quod de ipſa ſalute eſt. dixerim hæc, vt veſtra quoque doctrina confundamini, quæ tamen falſa in ſe eſt.

CAPVT SEPTIMVM.

Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilii ſui.

CAMERARIVS. CALVINVS.

ERVBESCO equidem Caluine, de re hac tam aperta amplius loqui: quam lactantes quoque, ſatis apertam cernunt. Eóque magis erubeſco, quòd inania quędam ſoluere vt plurimùm cogor. Verùm quia hic ſcopus noſter eſt, vt diſcolis, qui vos ſequuntur, veritatem commonſtremus: ne deinceps falſa hac veſtra doctrina in errorem inducantur, cætera addam: quibus, ſi lubet, Lutheranos laqueos vitare poſsint. CAL. Perge. CAM. [Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilii ſui] adiecit mandata, & præcepta ſua: Si volueris mandata conſeruare, conſeruabunt te. Appoſuit ei aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam: ante hominem vita & mors, bonũ & malum: quod placuerit ei, dabitur illi: quoniã multa ſapiẽtia Dei, & fortis in potentia, videns omnes ſine intermiſsione. Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccãdi†. CAL. Sic Ieſus Sirach inquit. CAM. Hęc enim cùm

Quintum argumentũ Deus creauit hominẽ rectum, & poſuit eum ĩ manu cõſilij ſui.

†*Eccl. 15.*

Auguſtinus legiſſet, ingenti lętitia impulſus, in hęc verba prorupit: Ecce apertiſſimè videmus expreſſum humanę voluntatis arbitrium†. CAL. Quantæ tamen authoritatis liber ille Eccleſiaſtici ſit, vt perpetuò verba iſthæc in ore habeatis, alii iudicent. Verùm quia Salomon inquit, Deum feciſſe hominem rectum, reſpondeo Liberum arbitrium fuiſſe in Adamo: verùm quia Deum deſeruit, deſertus fuit, & ſe perdidit, & illud†. CAM. Fateor Adamum exiguo pretio ſe vendidiſſe per Liberum arbitrium†, itaque per velle malum, perdidiſſe velle bònum†. hoc ſcilicet modo, vt debilitaretur, non autem omnino extingueretur†. Quid Ieſu Sirach tu reſpondes? CAL. Apocrypha pro canonicis citabis. CAM. Librum apocryphum hodie illum non eſſe, alibi apertiſſimè probauit†. Nouerat certè Auguſtinus Ieſu Sirach librum illum eſſe: nouerat quoque de Adamo ipſum loqui, & nihilominus Liberum arbitrium nos habere, qui poſt Adamum ſucceſsimus, ex illo contextu ponderauit. Aut ergo Auguſtinum abnega, quem tuum eſſe profiteris, aut ſile. Alio item in loco, Quid illud, quòd tam in multis locis omnia mandata ſua cuſtodiri & fieri iubet Deus? Quomodo iubet ſi non eſt Liberum arbitrium? quandoquidem etſi lex occidit, ſpiritus tamen viuificat†. CAL. Cùm Auguſtinus nos admonuiſſet, vt inter gratiam & mandata, naturam & gratiam diſtingueremus, tandem ſic ait: Non facimus nos ipſi per arbitrium

Sextũ Auguſtini argumentum quod gratia aßiſtente cum libero arbitrio legẽ ſeruare queamus.

† De gra. et lib. arb. c. 2.
† Enchi. c. 30.
† Aug de vre. Apo. ſerm. 12.
† Hypo. li. 3. col. 3.
† Sup. li. 1. c. 7.
† in lib. de vera. Eccl. Dei dia. 2.
† De li. ar. c. 2.

† *De gra. Chri. c. 30.* & naturam, ſed facit ipſe per gratiam†. Eant ergo nunc qui ex pręceptis colligunt, quid homo valeat per obedientiam, vt Dei gratiam perimant, per quam præcepta adimplentur†. CAM. Primum locum gratię perpetuò Auguſtinus aſsignat, vt ab ea omnis potentia, voluntas, & actus ſit, dum nos cooperatores cum gratia ſimus†. itaque in loco à te citato ſemetipſum declarat: nempe vt homine cooperante cum gratia, ipſa gratia faciat. Hoc ſupplere debebas, non autem Auguſtinum aliter tranſcribere, quàm ipſe loquatur. CAL. Quid iſtud? CAM. Legem nanque per arbitrium & naturam ab homine impleri poſſe tunc ipſe negat, quando gratia abeſt: gratia verò aſsiſtente, non ſolùm per hominem impleri poſſe ait, verùm etiam eundem hominem ſuapte voluntate meritoriè bonum hoc operari concludit †. Iam conuictus es in hoc Caluine, hominem gratię cooperatorē eſſe: non oportet deciſa diſputare †. Auguſtinum quæſo audias, cui placuit duo gratiam ipſam efficere: alterum, vt pœnitentes mundet: alterum verò, vt à futuris præſeruet. cuius verba hæc ſunt: Gratia remittuntur quæ mala fiunt, vt eadem gratia iuuante non fiant. Sicut enim ex vulnere claudicans idem iuuatur, vt ſanato malo præterito, futurus dirigatur inceſſus: ſic mala noſtra nō ad hoc ſolùm ſupernus medicus ſanat, vt illa iam non ſint, ſed vt de cętero ambulare poſsimus: quod quidem etiam ſani, non niſi illo adiuuante poterimus †. Porrò ſi Auguſtino veſtro

† Inſti. pag. 50.

ſup. lib. 1. c. 10.

† In eod. loco, et de peccа. mer. c. 5. & 6.

† Li. 1. c. 10

Gratia duo efficit, & peccata aufert, & in futurū præſeruat.

† De natu. et gra. c. 16

Septimũ argumentum ex multis scripturæ testimoniis quæ hominum potestati vt quædam faciãt aut negligant relinquunt.

aurigæ creditis, eidem respondete, cùm ait, Quid verba illa docent, Beatus vir cuius voluntas in lege Domini die ac nocte†? Frustráne loquitur scriptura, in voluntate hominis in lege ambulantis beatitudinem consistere? Quem in modum voluntas dabitur, quę Liberum arbitrium non habeat? erítne coacta? vt coactus beatitudinẽ consequatur†? Quid præterea illud, Sobrii estote iusti, & nolite peccare. Quid cùm ait, Ne bonum tuum velut ex necessitate esset, sed ex voluntate. Quid verba illa? Hoc facite, hoc nolite facere: nisi vt Liberum arbitrium ostendatur, & istius generis multa, quę Augustinus collegit†. His enim videre poteris, an Augustinus tibi hîc subscribat, vel potiùs hanc vestram sectam condemnet. CAL. Cur me torques Camerari, illa argumenta in medium proferens, quæ tua non sunt? satis quidem in meis libris hæc digesta sunt: illis me remitto. CAM. Si noua affero, nouitatibus me refertum esse ais: si aliena, tortorem me vocas. Mecũ has hastas frangere oportet, vt strenuæ militię tuæ astantes, rectum iudicium proferre posſint: si quę ego contra scripta tua nunc propono, soluere poteris. CAL. Innumeros esse locos, qui Dei donum esse, quicquid iustitiæ, sanctitatis, pietatis haberi potest, testificantur, nemo inficias ire potest, hoc responsum accipe. CAM. Fateor: sed nõ propterea inde sequitur, vt homini auferat, quin virtuti huic à Deo obtentæ, eiusdem hominis cooperantis voluntas accedat†, qui legem gratia

† *Psal. 1.*

† *De gra. et lib. arb. c. 2. & 3.*

† *De gra. et lib. arb. c. 2. et 3. à prin. vsque ad finem.*

† *Li. 1. c. 10. & de pec. meri. c. 5. et 6.*

aſsiſtente implet. ſicut ſcriptum eſt, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos†. CAL. De benedictionibus ſeculi huius ibi ſcriptura agit†. CAM. Nónne inſomnium hoc eſt, cùm ſcriptura dicat: Ego Dominus loquens iuſtitiam. & paulò pòſt: Deus iuſtus & ſaluans, non eſt præter me: Conuertimini ad me, & ſalui eritis. illa quoque ſalute, quam in fine, ſequentibus verbis ſubiungit: Ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei: In Domino iuſtificabitur omne ſemen Iſraël†. Ad hæc alia Domini verba ponderemus, cùm alibi ait: Quęrite bonam voluntatem, & non malitiam: & viuetis†. Si abſtuleris abominationes tuas, à facie mea non expellêris†. Si audiueris vocem domini Dei tui, vt facias & cuſtodias omnia mandata eius, faciet te Dominus excelſiorem cunctis gentibus terræ†. Indagemus quæſo, Auguſtinus inquit, cur Deus iſta dicat, ſi gratia duce legem implere nequimus†? quoniam etſi ipſe omnia faciat, hominem tamen cooperatorem eligit: quando ſi vno in loco dicit, Dabo vobis cor nouum: in alio ſubiungit: Facite vobis cor nouum: quaſi ille adiutor ſit in his, quæ iubendo ab homine exigit. quod minimè iuberet, ſi ſciret non poſſe ab homine fieri†. CAL. Neque volendi neque audiendi liberam facultatem nobis Dominus tribuit: neque ob impotentiam ludibrio nos in citatis locis habet: ſed potiùs impiorum cõſcientias pũgit, electorum verò allicit†. CAM. Putas Caluine, nos propterea aſinos ac

Marginal notes (left): † *De li. ar. c. 2. 3.* — † *Inſti. pag. 50.* — † *Iſa. 45.* — † *Amos. 5.* — † *Hiere 4.* — † *Deute. 27* — † *Aug. de lib. arb. c. 2. & 3.* — † *De gra. et lib. ar. c. 15.* — † *Inſti. pag. 51. c. 2. & cont. Pig.*

Marginal notes (right): *Argumentum octauũ Conuertimini.* — *Cauillatio proteſtantium.* — *Nonũ argumentum ex multis ſcripturis ſub conditione loquẽtibus.*

bestias esse, quia tu sic nos vocitare soles†? aut tantam tibi authoritatem vendicas, vt his vanis verbis, ex tui capitis fonte scaturientibus, scripturas, nobis aut insciis aut inuitis, confundere possis? Aut enim his verbis tuis, non dari nobis liberam audiendi volendíque facultatem naturæ consideras: & in hoc vt nostra sit, iam succubuisti†. Si verò facultatem hanc, vt meritoriè velimus, consideras: gratia opus est: quæ id quod ostendit, perficiat, illa nanque est, quæ in opere nos prçuenit†. Hoc hactenus probauimus, præterea nihil. Non decet ad vomitum redire. Alterum verò, hoc est Deum electorum mentes allicere, fateor: quandoquidem simul à gratia homo adiuuatur, ne sine causa ei iubeatur†. eò quòd nil facit homo, quod non facit Deus, vt faciat homo†.

† *Lib. 1. c. 5.*

† *Lib 1. c. 10*

† *De gra. et lib. arb. c. 4. fi.*

† *De cor. et gra. c. 6.*

CAPVT OCTAVVM.

Aliis scripturæ testimoniis ostenditur libero cum arbitrio legem, gratia assistente posse seruari.

CAMERARIVS. CALVINVS.

Argumentũ decimũ Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata.

QVID Christo respondebis, cùm ait, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata†? nónne his verbis homini ad gratiam accedenti, optionem reliquit, vt gratia assistente mandata impleat, & vitam çternam ingrediatur: vel illis neglectis, infernum? CAL. Væ catechumenis, si tam dura conditio illis imponitur. Quid enim aliud

quàm æterna maledictio illis indicitur? Siquidem agnoscunt cum Paulo maledictos omnes esse, qui legi sunt obnoxij†. CAM. Est cur Deo gratias nũc habeamus, mi Caluine, Putabam equidem ad illas chimæras te rediturum, quas iuuenis in tua Institutione dicere solebas. Iurisconsulto, quem illudebat, Iesum verba illa dixisse: haudquaquam pendens, Iesum eundem dilexisse. His autem, quæ nũc dicis, respondeo, maledictum esse hominem, qui legi, segregata gratia, obnoxius est. Quod tamen nunquam visum est. siquidem cum ipsa lege Israëlitis tradita, gratiæ legem implicitè eam promulgans Moyses coniunxit. Nec Iesus verba à me citata dixisset, nisi homo propriam voluntatem atque liberum consensum haberet, quibus diuinis præceptis, gratia assiistente, obediret. ita vt hominis connaturalis virtus non sit, sed Dei donũ: absque quo præcepta seruari nequaquam possunt. Homo ergo, sicut paulò antè dixi, à gratia adiuuatur, ne sine causa voluntati eius iubeatur†. Dic, quæso, Caluine, quos maledictos esse declarauit Paulus: num renatos, qui gratiam comitem habẽt: an illos potiùs qui neglecta gratia, in qua stabant, legis ceremonias seruare eligebant, illos item qui per legem iustificari contendebant? CAL. Vtinam obseruaretis cur ista Iesus loquutus fuerit: quod iudicari non potest, nisi ex contextu, & ratione personæ. Interrogauerat ille, quid facere oportet, vt habeam vitam æternam? ad quem Dominus: Serua

†Antid. Sex. 6.

† In c. præ. in fi.

Protestantiũ sophismata.

mandata. Certè quisquis vitam operibus vult promereri, regulam habet sibi à lege præscriptã, Hæc fac & viues. Sed cõsiderãdus est quis à Paulo indicatur finis, vt vires suas expertus homo, vel potiùs impotentiæ suæ cõuictus, deposita superbia nudus ad Christum confugiat. Neque locum habet fidei iustitia, donec compertum habuerimus frustrà nobis ex lege salutem promitti. Adeò quidem præposteri sunt Tridentini patres, vt cùm Moysis officium sit, nos ad Christum manu ducere: ipsi à Christi gratia, ad Moysen traducant†. CAM. Deploranda quidem calamitas tua est, Caluine: vt qui tantum ingenio polles, necessitate astrictus, verba eiusmodi loqui compellaris. Respõde, quæso, num Moyses, cùm dixit: Hæc fac, & viues: legem absque gratia, vel potiùs legem verbis expressis, gratiam autem verbis mysticis promulgauerit. Quòd si vtranque, vt suprà dictum fuit†: quis iste legis implendæ rumor, vt non vestitus homo, sed nudus ad misericordiam accedat? sua fortassis indumẽta sunt quæ affert? Non quidẽ, sed Dei dona: quibus indutus, vestem illam nuptialem charitatis afferens, dignus & legem seruare, & cum ipso cœnare habetur†. Hîc certè vel error vel dolus tuus est, quia aut scripturæ testimonia rectè coniungere nescis, aut non vis: quod si faceres, vllum inter nos discrimen esset. CAL. Quid vt connectam, vis? CAM. Nempe vt cùm pręceptũ seruandi mandata audis, gratiã à Deo afferri intelligas. CAL. Quo authore

† *Ant. sex. 6.*

† *In princ. lib. huius.*

† *Apo. 3.*

loqueris? CAM. Chriſto : qui ſi vno in loco dixit, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: alibi addit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto, non intrabit in regnum cœlorum†. quæ verba cõiungenda ſunt, vt lex per gratiam ſuapte voluntate ab homine, gratia aſſiſtente ſeruetur. Siquidem Ieſus illi loquebatur, qui ad ipſum venerat modum ſalutis quærens, quæ lauacro regenerationis præſtãda erat. Quæ cùm ita ſe habeant, cur tot venerandis ac doctiſſimis patribus, qui ſynodo Tridentinæ affuerunt, conuicia facis? Num tot concilia & Auguſtinum illi non legerunt, vt legem abſque gratia ſpeciali† per Ieſum Chriſtum facta, impleri non poſſe ſcirent? illi quidem ſunt, qui in ſynodo illa, gratiam præuenientem atque concomitantem perpetuò ante oculos habuerunt. CAL. Vidiſti quanta ego in Antidoto contra hominis petulantiam ſcripſi? CAM. Vidi equidem omnes illos floſculos, quaſi ex multis herbis collectos. CAL. Cuius ponderis tibi eſſe videntur? CAM. Optas vt amicè tibi veritatẽ dicam. CAL. Nil aliud opto. CAM. Fruſtrà te laboraſſe reſpõdeo, cùm id oſtẽdis, quod nos palàm fatemur: quippe nil hominem abſque gratia valere ad iuſtè viuendum. Auguſtini præſentia opus eſſet, Caluine, qui tibi quoque nũc reſponderet: Ecce quid appetis, vt corã indoctis doctus videaris: nihil tamẽ dixiſti†. Vide Caluine, ne amplius delires, haudquaquam Ioben dixiſſet†, Si Chriſtus mecũ erit, per quem gratia facta eſt, nemo

†Ioan. 3.

† Diximus in prin. iſtius libri.

†Cont. Iul. lib. 4. c. 15.

† Iob. c. 9.

Multa ſatis leuia Caluin⁹ in ſuo Antidoto c. 10. affert, quibus impoßibile eſſe, vt nos legem ſeruemus cõtẽdit: quæ cùm perſæpe à nobis ſoluta ſint, contemnimus.

Christum valebit arguere: sed sic dixisse, Nemo est qui vtrunque valeat arguere. Hoc enim si feceris, quàm vanæ illæ tuæ contemplationes sint, quas in tua Institutione circa promissiones Dei, conditionales contemplaris, euestigiò cognosces. Hactenus de his. Ad Salomonis authoritatem, qua Liberum arbitrium probatur, conuertamur, cùm ait: Mulier stulta & clamosa sedet in foribus domus suæ, vt vocet transeuntes: qui enim applicabitur ei, descendet ad inferos: qui secesserit ab ea, saluabitur†. CAL. Si pro salute æterna verba illa vsurpanda essent, hominis esset propriã animam saluare. CAM. Sapientiæ supernæ assistentiam, virtutem ad hoc præstantis, Salomon præsupponit: sciẽs absque illa, neminem propriȩ salutis sibi authorem fore. Sic enim Augustinus docet, vt vbicunque potestatem solius hominis intuemur, gratiam Dei præsupponere in operibus meritoriis debeamus†. Quid deinde Oseæ respondebis, cùm ait, Vadam ad locum meum, donec ponant in corde suo, & quærant faciem meam†. CAL. Gratia neglecta? CAM. Absit. CAL.. Si necessariam Dei gratiam ad conuersionem fatemur, quid nobiscum litigant? CAM. Si gratia Liberũ arbitrium non tollit, immò ipsum liberius facit†, cur frustrà respondes? CAL. Quid si vni detur, alteri verò non? CAM. A Deo, non à me causam, quare id agat, require. Hoc vnum scio, vniuscuiusque ostiũ Deum iugiter pulsare†. CAL. Oseæ ego respondebo, aliud esse ab

Argumentum vndecimum pro libero arbitrio, Mulier stulta.

In omni merito gratia præsupponẽda est.

Duodecimũ argumẽtũ ex Osea, Vadã ad locum meum pro libero arbitrio.

† *Prouer. 9.*

† *De præd. et gra. c. 14.*

† *Oseæ. 5.*

† *Diximus sæpe in li. 1.*

† *Apoc. 3.*

homine ſecedere, & reſpicere quid ſibi permiſſus relictus agat: aliud vires eius aliquantulas pro modo imbecillitatis adiuuaret†. CAM. Homini, cui gratiam obtulit Deus, loquitur: eúmque in ſua poteſtate relinquit, donec bonum in corde ſuo ponat. eámque ob cauſam, quia gratiã obtulit, magno cum myſterio ſubiungit [Vadam ad locum meum] poſtquam illis renuentibus, per gratiam oblatam in meis templis habitare nõ licuit. Vadã, inquam, quaſi ipſa gratia oblata reuertatur ad Dominum, qui non mouetur [donec ponant in corde ſuo] per Liberum arbitrium, à ſpiritu mouente motum [& quærant faciem meam] vt miſericorditer in eorum animas inhabitare per gratiam inhabitatam veniam. Quid euidentius ô Caluine, ſi diſputare, non autem contradicere velis?

†*Inſti. pag. 52.*

CAPVT NONVM.

Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.

CAMERARIVS. CALVINVS.

QVARE iratus es? cur cõcidit facies tua? nónne ſi bene egeris, recipies? ſi autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit. (Cain Dominus dixit) ſed ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. †Audi, ſub te, audi, dominaberis. Vbi libertatẽ rationis & voluntatis ad refrenandos prauos appetitus intuemur. Dominum quoque loquentẽ audimus qui conſilium non daret, niſi ſua gratia vellet ad-

Decimumtertium argumentum pro libero arbitrio Qaare iratus es? Sub te erit appetitus tuus.

† *Gen. 4.*

iuuare. CAL. Perinde ſcholaſtici locum illum intelligunt, ac ſi Cain promitteret Dominus, non fore in animo eius vim ſuperiorem peccati, ſi in eo perdomãdo laborare vellet†. CAM. Perpetuò cum Auguſtino in omni actu Dei voluntatẽ, quæ impedire & permittere poſſit, nos præſupponimus†. ſed hoc cõceſſo, fortiùs argumentũ hoc confirmatur, eò ꝙ Deus potens obuiare, ne Abel acceptus ſibi, occideretur, Cain reliquit, vt in manu conſilij ſui poſitus, illum, quando ſic elegiſſet, occideret. CAL. Ordini orationis magis congruere nos dicimus, vt de Abele hoc dictum accipiatur†. CAM. In quẽ modum, ſi Deus Cain alloquitur? CAL. Illic enim iniquitatẽ inuidię, quam in fratrem Cain conceperat, arguere propoſitum eſt Domino. id facit duplici ratione: quòd fruſtra meditabatur ſcelus: quo fratrẽ prȩcelleret apud Dominũ, apud quẽ nullus eſt honor, niſi iuſtitia: quòd nimirum ingratus eſſet iam accepto Dei beneficio, qui nec ſubiectũ quidem ſuo imperio fratrẽ ferre poſſet†. CAM. Pulcher quidem verborũ circuitus hic eſt, quibus quid dicas tu ipſe non intelligis. Ne diſpliceat, Caluine, ſi cum Salomone dixero, faſcinationem nugacitatis bona obſcurare†. Quid enim ſentias, me quoque non intelligere ingenuè fateor. CAL. Ne hanc opinionem ſic videamur amplexari, vt altera nobis contraria ſit, dabimus, de peccato Cain locutũ fuiſſe Deum. Si ita eſt, aut promittit hoc Dominus, quod denũciat, aut iubet. Si iubet, nullam inde probationem

Margin notes:

† *Cal. in Inſtit. c. 2.*

† *Aug. de gra. & lib. arb. c. 2.*

Proteſtantiũ delirium ſophiſtas omnes excedens: quodam enim verborum rotatu nihil dicũt

† *Cal Inſt. c. 2.*

† *Ca. vt ſu.*

† *Sap. 4.*

Aliud Proteſtantium ſophiſma.

facultatis humanæ ſequi iam demonſtrauimus. Si promittit , vbi promiſsionis complementum? quando peccato, cui dominari ipſum oportebat, Cain ſuccubuit. Promiſſioni incluſam dices tandem conditionem , ac ſi diceretur victoriam reportaturum fuiſſe , ſi certaret ? Sed quis accipiat iſtas ambages? nam ſi ad peccatum refertur iſta dominatio , nemo ambigat imperatiuam eſſe orationem, in qua nõ definitur quod poſſumus, ſed quid ſecundum poteſtatem habeamus† . CAM. Intentus ac tacitus quas dulces vuas afferres, expectabã. tu verò labruſcas dediſti. Neque aliquid his verbis Dominus promittit, neque iubet : ſed quid per legem vetitum, quídve bene operantibus promiſſum fuerat, declarat: ſubiungens in hominis poteſtate ſitum eſſe, vt ſolus malè agat: gratia verò Dei, qui ſecum loquitur, bonum. CAL. Nulla quidem lex præceſſerat. CAM. Æternam, naturalẽ, diuinã, atque originalẽ prędeceſſiſſe ſuprà dictum fuit, †qua fratres quoque Ioſeph peccatũ ſuũ agnouerunt. Cain itaque Deus illuminauit, vt legis æternæ memor eſſet: ne homicidij peccatũ, quod antequàm lex Moyſis promulgaretur, mortuũ videbatur, penes ipſum eſſet†: bonã vitã prępponens, in qua gratia ſua comite, per Ieſũ Chriſtũ cõſequeretur. & hoc declarãdo, nõ autem pœnas cõminando, vel pręmia pollicẽdo dixit. Sic enim & Ieſus poſt promulgatas leges, nullam legem nouam condens, nos admonuit, quãdo dixit: Qui bona egerunt, ibũt in vitam ęternã: qui

† *vt ſuprà.*

† *Cap. 5.*

†*Gen c.4.*

verò mala, in ignem æternum. quæ verba, declarando, non autem iubendo vel promittendo loquutus fuit. Rebus quidem, non autem contortis verbis opus est, mi Caluine, ne id tibi contingat quod Martino euenit. CAL. Quid? CAM. Omnia quę Martinus dicebat, donec ei vita comes fuit, eius discipuli acerrimè defendebant: cùm verò diē obiit, quia eius doctrinam substinere non poterāt, persepe illum negarunt. Nemo quidem ex vobis ante Martinum os aperuit, illius discipuli omnes fuistis, ipse verò Satanæ, qui & vobis nouam doctrinam longè peiorem nunc ostendit.

CAPVT DECIMVM.

Cùm Protestantes rectè negare non possent, ipsum hominem, gratia comite, legem seruare posse, quasdam versutias antiquorum hæresiarcharum instaurandas esse duxerũt: vt quasi perdeuia mẽtes Rhetorũ & idiotarum circunferentes, qui eos sequuntur, illos confusos in hac quæstione demum relinquerent. principiò præponentes, nullum opus bonum dari, in quo operator nõ peccet: proindéque hominẽ seruare legem non posse.

CALVINVS. CAMERARIVS.

QVAEDAM omnium Protestantium nomine enarraturus sum, si ea placeat auscultare: vt deinde his auditis, huic nostræ concertationi finem imponamus. CAM. Perge. CAL. Quis integram legem seruare poterit, si nullum bonum opus agere quimus,

Nulũ bonũ opus sine peccato mortali: secundum Lutheranos.

quod annexum peccatum mortale non habeat? CAM. Cùm neque dilectio Dei in via, impoſsibilis ſit, neque habitualis concupiſcentia peccatum, vti ſuprà dictum fuit: neſcio qua ratione, ad hoc dicendum mouearis. CAL. Moueor in primis, quia
†*Iac.* 3. Iacobus in multis, nos Deum offendere teſtatur†. *In multis non in omnibus Deũ offendimus*
CAM. non tamen dicit in omnibus. alioqui, quomodo Petrus poſtquàm enarrauerat multas virtutes, dixiſſet, Hæc autem facientes, non peccabi-
†2 *Pet.* 1. tis aliquando† ? Paulus item, Euigilate, & nolite
†1. *Cor.* 15. peccare†. Chriſtus pręterea alio in loco, quomodo
†*Matth.* 6. ſimilitudine oculi ſimplicis vſus fuiſſet †, ſi nec lucidum eſſe, nec ſine peccato poſſet? CAL. Alteram Sapientis audi è regione ſententiam: Non eſt
†*Eccl.* 7. qui faciat bonum & non peccet†. CAM. Sed non propterea dicit hominem in bono ipſo quod agit, mortaliter peccare. CAL. Quid igitur ſentit? CAM. *Non eſt homo qui non peccet.*
Neminem aut natura ſanctum eſſe, qui perpetuò bonum agat: aut bonum agendo, nunquam peccet. nam Hebræa litera in futurũ loquitur, homini ſtatum proprium oſtendens, qui abſque peccato eſſe non ſolet: non autem dicit bonum opus peccatum annexum habere. CAL. Simpliciter ſcriptura inquit: Non iuſtificabitur in conſpectu
†*Pſal.* 142. tuo omnis viuens†. CAM. Probè: ſiquidem nemo eſt, qui in conſpectu Dei, hoc eſt, Dei iuſtitiæ comparatus, iuſtus ſit. CAL. Non iuſtificare hominem, damnare eſt. CAM. De perſonis hominum Dauid loquitur, nónne? CAL. Vtique. CAM. Ab illis *Nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.*

nn. i.

ergo ad res arguere non liceat: vt eo modo nullum bonum opus ſaltem meritorium inueniri non poſsit, quod nullum malum annexum habeat: ſicut nullus homo propriam quærens iuſtitiam, ſe iuſtificare pro tota vita poteſt, quando ante lauacrum ſaltem peccator eſt. CAL. Omnes immundi facti ſumus, & quaſi pannus menſtruatæ vniuerſę iuſtitiæ noſtræ, Iſaias inquit. CAM. Comparatione ſcilicet ad iuſtitiam Dei. CAL. Immò potiùs in ſe ipſis. CAM. Propheta erat Iſaias, qui populi vice verba illa dixit: non autem quòd ipſe & multi alij iuſti tunc non fuerint. Sic enim Hieremias in vtero matris ſanctificatus dicebat, Domino Deo noſtro peccauimus omnes.† CAL. Quid ſi dixero pro toto populo temporis illius, prophetas hos ſic fuiſſe locutos, quòd nullus homo iuſtus tunc repertus ſit? CAM. Minimè ex hoc ſequeretur, vt futuros & præteritos omnes iniuſtos his verbis ſic facere voluerint, vt nullum bonum tota vita operati fuerint, ne mendacij Deum arguant: qui de Elia loquens dixit, Reliqui mihi ſeptem millia virorum†. Lucam item dicentem, Elizabeth & Zachariam, ambos fuiſſe iuſtos†, & Ioannem baptiſtam repletum Spirituſancto in vtero matris ſuæ: falſo præterea ſcriptum eſſe Enoch ambulaſſe cum Deo†: Abraham iuſtum†: Ioben quoque iuſtum†: & alios qui facilè numerari non poſſunt. CAL. Sint omnes hi iuſti: ſed eorum iuſtitia ſicut pannus erit menſtruatæ. CAM. Panni meſtruatæ exemplum

Panni menſtruatæ.

†Iſa. 64.

† Hiere. 3. in fi.

†Rom 11.

†Lucæ. 1.

†Gen. 5. et. 6.

†Rom. 4.

†Iob. 1. c.

tu proponis, nónne? CAL. Ita eſt. CAM. num totus pannus ita erit maculatus, vt nihil omnino albi in eo relinquatur, quod à menſtruo non ſit commaculatum? CAL. Non quidem hoc aſſero, quãdo experientia docet, aliquid albedinis, in panno menſtruatæ, ſemper adeſſe. CAM. Vt duo igitur conſiderari poſſunt? CAL. Duo eſſe fatemur, quæ tamẽ ſimul perpetuò ſtent: ſimul dico, ne tu dicas, hominem quem iuſtum vocas, nunc malum, nunc verò bonum eſſe. CAM. Contrarium Paulus, cùm de eo homine qui bona & mala egerat, loqueretur, palàm teſtatus eſt, inquiens, Quorũdam hominum peccata manifeſta ſunt præcedentia ad iudicium, quorundam autem & ſubſequuntur. bellè his verbis in eodem homine oſtẽdens, haudquaquam opera noſtra bona & mala ſimul perpetuò cõmiſta manere: ſed ita, vt quaſi cohortes diuerſæ, prout homo illa diuerſis temporibus operatus eſt, in iudicium veniant. CAL. Cur adeo hoc vitare conamini, ne homo partim iuſtus, partim iniuſtus dicatur? Nónne Paulus docet partim ſe iuſtũ eſſe, cùm mente legi Dei hæret: partim iniuſtum, quia ſecundum carnem legi peccati ſeruit?† CAM. Paulum ibi non pro ſe loqui, paulò antè dixi. CAL. Paulum ſub illis verbis comprehendi poſſe ſaltem dixiſti. CAME. Non tamen dixi, Paulum ſub peccato ſe captiuatum dixiſſe: ſed potiùs conflictum militiæ noſtræ, Adami peccato cauſatæ, narraſſe, legem peccati pro ipſa carnis propenſione

Tota vita partim iuſta partim iniuſta eſſe poteſt idem opus nequaquam.

†*Rom. 7.*

vſurpans. CAL. Ne moræ hæ contemplationes nobis ſint, hominem iuſtum pro vno tempore atque iniuſtum pro altero proponam. CAM. Hoc ſi feceris, apertis verbis te ipſum condemnabis. CAL. Quapropter. CAM. Siquidem à perſonis, ad res argumentari non licet. CAL. Quid cauſæ? CAM. Quoniam ſi idem homo propter diuerſa officia, modò bonus, modò verò malus eſſe poteſt, & diuerſas qualitates tota vita in ſe aſſumere: idem bonum opus vnum numero, malum & bonum ſimul eſſe non poteſt. CAL. Negas ergo eundem hominem ſimul, eodémque tempore iuſtum atque iniuſtum eſſe poſſe. CAM. Non quidem aliud peccatum iuſtus retinet, quàm illud quod poteſt (ſecundum Ioannem) cum ſanctitate habitare†. CAL. Quod illud eſt? CAM. Veniale, defectus inquam ille concupiſcentiæ carnis aduerſum ſpiritum. CAL. Pulchrum certè diuerticulum iſtud eſt, per quod ego quoque dicam adulterium, defectum, non autem mortale peccatum eſſe†. CAM. Vterque certè deficit, ſed vnus inuoluntariè plerunque ex quadam animi negligentia, & naturæ debilitate, quam omnes abſque mortis reatu ſentimus, Paulo teſte, qui ait: Non apprehendat vos tentatio, præterquam humana†. Tunc enim quia nihil voluntarii habet, vel ſiquid antequàm ratione peccet, vult, contra Dei voluntatem aliter præcipientis de directo non eſt: amicitia inter Deum & hominem inita integra manet, vt in

Peccatum veniale cũ ſanctitate manet.

† 1. *Ioan.* 1.

† *Martinus*

† 1. *Cor.* 10.

charitate, ſecundum id quod habet, viuat. at vbi adulterando alter deficit, quia dolo voluntariè deficit, agens contra legem Dei, ſic agendo Dei ſpiritum ab eius corde extinguit, Deíque amicitiam frangit. CAL. Quum Auguſtinus nono Confeſſionum libro, illud Iobis citaret, Si habuero quippiam, non reſpondebo, ſed meum iudicem deprecabor†: ſequentia verba ſubiungit: Væ hominum vitæ quantumcunque laudabili, ſi remota miſericordia iudicetur†. Et alibi Gregorius, quia omne meritum virtutis noſtræ: vitium eſſe Iob conſpexit, ſi ab interno arbitrio diſtrictè iudicetur: idcirco dixit, Si voluero contendere cum eo, non potero ei vnum pro mille reſpondere. A quo ſi cauſam interroges, protinus reſpondere neceſſum erit, eam ob cauſam ſic eſſe, quia veniales quoque culpas Deus ſuo oculo intuetur†. CAM. Hoc Martini argumentum eſt. CAL. Quid illi tu reſpondes? CAM. Eundem Iobem, & hæc quoque verba protuliſſe, Si lotus fuero quaſi aquis niuis, tamen ſordibus intinges me†. CAL. Iobi itaque reſponde. CAM. Hic Iobis ſcopus erat, nempe vt oſtenderet alteram hominis ſolius iuſtitiam eſſe, quæ coram Deo comparere nequit: alteram verò Chriſti iuſtitiam, quam homo ipſe verè atque formaliter, vt ita loquar, participat: qua cum, abſque timore, coram Domino comparere audet. Sic enim in fine capitis noni, Iob ipſe inquit: Neque enim viro, qui ſimilis mei eſt, reſpondebo: neque qui mecum in

†Iob. 9.

†Martinus

Si voluero contendere

†Grego. in loco citato.

Si lotus fuero.

†Iob. 9.

Nudam iuſtitiam hominis Iob contemnit: eam verò quæ Chriſtũ ſecum habet, exaltat

iudicio ex æquo poſſit audiri. Non eſt qui vtrunque valeat arguere, & ponere manum ſuam in ambobus. intelligens per hæc verba, vbi duo ſint, ipſe ſcilicet, & Chriſtus, nil ſe pauere: quemadmodum paulò pòſt ſubiungit, Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat. loquar, & non timebo eum. nec enim poſſum metuens reſpondere. CAL. Quid Auguſtino & Gregorio reſpondes? CAM. Quid hæ duæ eccleſiæ columnæ dixerunt? CAL. Neminem aliter, quàm miſericordia ſaluari. CAM. Fateor. ſiquidem nemo eſt qui neget, integram ſalutem noſtram, miſericordiam ſic eſſe, vt tametſi principaliter ſecundum miſericordiam, & ſecundario ſecundum iuſtitiam ſaluemur: adhuc totum, eam ob rem miſericordia dicatur, quia totum quod egimus, miſericordia Dei virtutem præſtantis operantíſque, nobis cooperantibus, fecimus†. Quod ſi ita eſt, quis ſolus comparere audebit, & non audire, cùm hæc omnia feceritis, dicite, inutiles ſerui facti ſumus†. nam ipſe eſt qui coronat te in miſeratione & miſericordia†. Sic enim cùm mortale hoc, induerit immortalitatem, meritum reddetur iuſtis ſecundum opera ſua: quorum per totam ſeculi vitam, meritum omne, gratia fuit†. Sed non propterea bona opera peccatum annexum retinebunt. Vos nanque vna ex parte idcirco bona opera facere mordicus contẽditis, quia Deus in vobis facit: ideo vos velle, quia Deus vult. Itaque & nos velle cùm volumus, vt

† *Sup. lib.* 1. *c.* 10.

† *Luc.* 17.

† *Pſal.* 102.

† *Aug. Enchi. lib.* 3. *col* 16. *in fi.*

voluntate, quæ ex nobis non ſit, velimus. Ex altera verò magis obſtinati defenditis, omne opus bonum annexum peccatum habere. Num Deus eſt, qui peccat? dic rogo, an mendax Chriſtus, cùm mulieri dixit: Bonum opus operata eſt in me? mendax & alio in loco, cùm ait: Facite vobis arborem bonam, ſi bona eſſe abſque peccato non poteſt? Fabulæ. Ecce quam doctrinam, vobis ipſis contrariam prædicatis.

CAPVT VNDECIMVM.

Conſuetæ Proteſtantium varietates, colorúmque mutationes diuerſæ, hoc loco oſtenduntur: quibus multa, contra ea quæ in liberi arbitrii quæſtione attulerunt, abſque verecundia, & diſputant, & prædicant, & ſcribunt.

CAMERARIVS. CALVINVS.

NIL quidem diſputatione dignum, ad oſtendendum arbitrii liberatem ſupereſt: Vale, mi Caluine. CAL. Re non perfecta diſcedere vis? CAM. Quid ampliùs optas? CAL. Perdifficiles adhuc quæſtiones à nobis diſputandæ ſunt, quæ de ipſo legis implemento tractant. CAM. Satis quidem amicitię officio abuterer, ſi tum extranea tractare tibi permitterem, tum etiam ea, à quibus non ſecus, atque hi qui nauſeant, cibos faſtidiunt, lectores abhorrere neceſſum eſſet. CAL.

Quapropter. CAM. Quis ferat, vt hoc in loco legem ſeruari non poſſe, mordicus his de cauſis contendatis, nimirum, quia homo in hac vita præceptum dilectionis Dei implere non poteſt: concupiſcentia item habitualis peccatum mortale perpetuò eſt: & denique, quoniam nullum bonum opus conſiderari poteſt, quod annexum peccatum non habeat. Alibi verò ex diametro vobis contrarii, iuſtum ad ſeruandum legem minimè obligari aſſeueratis. Rurſum ſola fide abſque operibus legem impleri. Ac poſtremò, cùm mordicus hanc quam præmiſimus concluſionem, defendere conati fuiſſetis, omne videlicet, quod fit etiam à iuſto homine qui rectè credit, peccatum eſſe: alteram contrariam ſententiam proponere non dubitaſtis, quippe extra infidelitatem, nullum peccatum dari. Num has concluſiones extraneas nulla cum vtilitate diſputabo? CAL. Hęc omnia ſimul noſtra Eccleſia defendit. CAM. Quis tam exigui ingenii homo inueniri poterit, qui hanc veſtram doctrinam ex diametro ſibi ipſi contrariam ſequatur, & non potiùs firmiſsimis catholicę eccleſiæ Romanæ veraciſsimíſque ſententiis hæreat? Nũ ſatis hoc eſſe vobis debet, vt cùm quid rectè reſpondeatis, non habetis: aut contraria proponatis, aut quodam verborum circuitu nihil dicatis. CAL. Placeat rogo, vt has ſaltem quæſtiones trutinemus. CAM. Fuſiſſimè à nobis explicatę ſunt in libro, cui titulum de hominis iuſtificatione inſcripſimus. CAL.

Quàm multa argumenta tu omiſiſti, quæ Catholici ad probandum Liberum arbitrium afferre ſolent. CAM. De induſtria factum eſt, ne multiloquio legentium aures offendam: ſat eſt hæc ſcripſiſſe. quæ ſi ſola vobis veritatem cõmoſtrare non poterunt, fruſtrà reliqua ſuperadderentur. CAL. Condoleo mi Camerari, te adeo hallucinatum eſſe, vt veritatis viam minimè cernens, hæc falſa dogmata in medium afferre non pertimueris. CAM. Si tam multis vigiliis ea tu animo reuolueris, quæ ſcripturæ teſtimonia à me citata, & patrum: ſicuti ego libros tuos perlegi: aliter animo te ſenſurum ſpero, quàm ore prædicas. Hoc vnum rogo, Caluine frater, vt antequàm Auguſtinum abneges, vti paulò pòſt te facturum ſuſpicor, teſtimonia priùs, quę Auguſtinus affert, ponderare velis: itidem & ea quæ ego addidi: tuas præterea confeſſiones: ne Auguſtino neglecto, adhuc ſcripturis ſacris, & tua confeſsione, confundaris. Condoleo certè, quòd eam ſectam, cuius nunc caput es, defendere aſtrictus, ea proferre cogaris, quæ aliter ſolus fortaſsis tuo præſtanti ingenio conſideras. Scio apprimè te prudentem eſſe, qui non putes te plus omnibus patribus ſapere, vel condemnatas hæreſes, contra veritatem defendere, ſolum poſſe. Hoc equidem omnibus prędico, tibi vni hanc laudem ingenii deberi: te ſcilicet eum eſſe, qui vbi cæteri Proteſtantes non habẽt, quod dicant, vnus propè ex omnibus noſtris argumentis reſpondeas.

Duriſſima nanque res eſt, vt quæ falſa ſunt, defendere cogaris: Non tamen fraterna charitate admonere te deſinam, ſiue Auguſtinianus eſſe volueris, ſiue non: vt duarum Auguſtini ſententiarum memor eſſe velis, quarum altera ſic habet: Itaque fratres debetis quidem per Liberum arbitrium non facere mala, & facere bona: hoc enim nobis lex Dei præcipit in libris ſanctis, ſiue veteribus, ſiue nouis†. Altera verò ſententia hæc fuit, Eſt igitur Liberum arbitrium, quod quiſque eſſe negauerit, catholicus non eſt†. Hæc planè Eccleſię Romanæ catholica fides eſt: à qua ſi cum Manichæis diu condemnatis vſque in finem diſſidere vis: Chriſtum ego imitabor, qui cùm multi diſcipuli abiuiſſent, minimè ne alii diſcederent, prohibebat: ſed ad reliquos ſe conuertens, dixit, Vultis & vos abire? & quãquam cum propheta defectio me teneat, pro derelinquentibus legem Dei† patienter & vos cecidiſſe, & alios caſuros feram, ſciens oportere multas hæreſes eſſe, vt qui probati fuerint, cognoſcantur†.

† *De gra. et li. ar. c.* 9.
† *Hyp. lib.* 3. *col.* 11.
† *Pſal.* 118.
† 1. *Cor.* 11.

FINIS.

AD LECTORES,

Folia à me citata in libris Caluini, inuenietis in primis impreſsionibus.

Sæpe pro libro Prædeſtinationis in hoc libro citatur liber quartus.

ERRATA.

Pag.	18.	*verſ. 21. opperire*
Pag.	48.	*verſ. 1. vos*
Pag.	53.	*verſ. 11. ſuapte, dele, & dic noſtra*
Pag.	60.	*verſ. 25. dele voluntatem, & dic electionem*
Pag.	93.	*verſ. 25. qua, dic quia*
Pag.	110.	*verſ. 19. propheta id teſtante*
Pag.	118.	*verſ. 25. vel ſaltem, dele, & dic, non autē contradicāt*
Pag.	124	*verſ. 17. qui illam*
Pag.	174	*verſ. 17. namque ipſe*
Pag.	187.	*verſ. 1. non tamen vnum, quantum. & verſ. 2. legem condentis nec omnia gratia deſiſtente*
Pag.	219.	*verſ. 21. ille*
Pag.	224.	*verſ. 19. aliud à me enarratum*
Pag.	239.	*verſ. 24. nocere vel non peccando prodeſſe*
Pag.	257.	*verſ. 23. legem mortis eſſe*
Pag.	263.	*verſ. 25. ante legem & gratiam*
Pag.	269.	*verſ. 7. ſumus*
Pag.	278.	*verſ. 23. nugacitatis*
Pag.	283.	*verſ. 14. ſubſequitur † adde † 1. Timo. 5.*
Pag.	289.	*verſ. 12. patrum ſententiæ oſtendunt ſicuti ego. & verſ. 23. ſcio tamen apprime*

Puncta, & commata multa errata, tuo labore corrige, itidem & cætera in margine citata.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm